UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm CLXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

ditione,& aliud purè,tūc attendit̃ factū pure,quia ple
nius fuit d.l. ſi ita ſcriptū. & Alex.ī apoſt.in d. l.falſus.
Si aūt duo procuratoria,uel inſtrumenta eodē die,&
loco ab eodē, & inter eoſdē facta fuerint , quorū unū
ſit pinguius altero,tūc ſi illud plus, qđ eſt in uno , pōt
ad illud minus reduci,ut in ſummis, præfertur, vt ſu-
pra dictū fuit,id, qđ minus continet, argumento d.l.
dic̃.§.ſi plures. at ſi plus nō ſit reducibile ad minus, &
una ſcriptura ſit plenior altera,ut quia cōtineat plura
capita,tūc pleniori ſtādū eſt,nā una ſcriptura ſupplet̃
ꝑ aliā.l.ſi quis ex argētarijs.§.ſi initium.ff.de edē. hæc
fuit notabilis declaratio Bal.in l.imperator. col.3.uer
ſic.ſed ſi in una eſt plus in 1. lectura. ff.de ſtat. hom.ꝑ
quā Alex.in cōſ.105. col.3.uerſ.ſecūdo principali fun
damento lib.2.idē uoluit. Sed inter hæc duo ꝓcurato
ria,q̄ in occurrēti caſu reperiuntur,alterū eſt plenius,
q̲a cōtinet plura capitula, quā aliud , ut p̄ſupponitur,
ergo illud,in quo cōceſſa fuit facultas ēt trāſigēdi, tā-
quā plenius eſt p̄ferendū,atq; attendēdū, & nō aliud.
4 Nec † obſtat doctrina Bal.in d. l. falſus. q̲a declarāda
eſt, ueluti proximè dictū fuit , & eſt de mēte Alex.ibi.
Præterea Bal. loquitur, qñ idemmet producit duo in
ſtrumēta, ſeu procuratoria ſub diuerſa forma, nō aūt
qñ unus ꝓduceret ꝓcuratoriū plenius ſibi factum ui-
delicet ad lites,& ad tranſigendum , & illo uſus eſſet,
& ſic illud acceptauerit, iuxta.l. ſi mādauero. §. ſicut
aūt.& l.inter cauſas.§.qui ſuſcepit.ff.manda. & aduer
ſarius ꝓduceret aliud ꝓcuratoriū factū in ꝑſona eiuſ-
dē,qđ non continebat capitulū ad tranſigēdū,ſed ſo-
lū ad lites,& illemet, cui aliud mandatū datū fuit , eo
uſus nō fuit,nec illud ſuſcepit,nā abſq; dubio ſolū ꝓ-
curatoriū plenius,qđ fuit ſuſceptū, debet in conſide-
ratione haberi,& nō illud,qđ nō fuit ſuſceptū , ut ha-
betur in iuribus proximè allegatis. Sed Bal. in d.l. fal-
ſus.loquitur, qñ utrunq; mandatū fuit ſuſceptū , & u-
troq; idem procurator datus uſus fuit,tunc enim be-
nè pp conflictum debebit fortè attendi illud , qđ dat
minorē poteſtatem , & ita rectè intuēti doctrina Bal.
parū,aut nihil facit ad fauorē Ioannisbaptiſtæ. ¶ Nec
5 obſtat , ꝙ † hoc mandatum ad tranſigendū fuerit ge-
nerale, & iō nō ſufficiēs, nā cū ex eo poſſet alteri hoc
eſt aduerſario præiudiciū irrogari , & etiā fieri, quòd
conſtituens caderet in pęnam , debuit eſſe ſpeciale ꝑ
plura in dubiis adducta , & per no. à Bar.in l. filiusfa.
in fin. uer.ff.de donat.Quia reſpōdetur, ꝙ ſatis ſpecia
le dicitur mandatum ad tranſigendū , ex quo fuit ex-
preſſum capitulū ad tranſigendum,nō aūt debuit da-
ri ad tranſigendum cum tali ſuper talibus rebus alie-
nari prohibitis,hoc.n. mandatum non diceretur ſpe-
ciale,ſed indiuiduū,qđ non requiritur,ſed ſufficit ſpe
ciale, & ꝙ dictū ſit ad tranſigendū , ad petendū reſti-
tutionē ī integrū ſimpliciter,ut no.declarat Pau.Ca-
ſtr.in d.l.filiusfa.& not.Bal.in l.unica.C.ēt ꝑ procur.ſi
6 cuti † ī ſimili inq̲t Arc. in c.1.de reſcrip. de cl̃a nō ob
ſtante aliqua lege, ꝙ talis derogatio dr̃ ſpecialis , quę
ſufficit, non autē requiritur indiuidua derogatio , nō
obſtante tali lege illam in indiuiduo nominando : &
eſt de mēte Bar.Alex.& aliorū.in l. ſi q̲s mihi bona. §.
7 iuſſum.ff.de acqui.hæred. & † dicit ibi Imo. cōiter in
practica hoc ſeruari,de quo communi uſu illi credē-
dum eſt per id, quod uoluit Bart. in l. de quibus.ff. de
legi.ēt abſq; eo,quod hic cōis uſus articuletur, & pro
betur,ut ex uerbis Bar. ibi colligitur, & idē Bar.in l. q
bona.§.ſi aliena.col.2.ff.de dam.infe.uerſi.cōis tñ ob
ſeruantia,inquit,ſufficere ſpecialem expreſſionē, pu-
ta ad iurandū de calūnia, ad tranſigendū, nō autē re-
quiritur expreſſio indiuidua.Et communis obſeruan
tia hoc ſeruat,à qua non eſt recedendū, quā cōem ob
ſeruantiam probat tex.in clem. non poteſt de procu-
ra.& ideò ab ea non recedendum , ut dicit Bar. in lo-



cis præcitatis, quamuis diſputatiuè loquendo
ria opinio, quā multi ſequuti fuerunt, ſubſtin
ſet. Vlterius ſuper his nolui inſiſtere, cum ſciam
ſam coram peritiſſimis uiris agi. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Conſenſus, & præſentia conſanguineorum ex forma*
*tractibus mulieris requiſitus, & requiſita de forma*
*nitate ſubſtantiali dicuntur non ſolum, quando*
*nullaretur,ſed etiam quando ſtatutum ulterius*
*do non procederet.*

2 *Contractus mulieris ſine conſenſu, & præſentia con*
*ex forma ſtatuti requiſitis eſt ipſo iure nullus,*
*tio naturalis,neque ciuilis oritur.Etiam ſi in ſta*
*nullatio non adeſſet.*

3 *Tranſactio eſt contractus.*

4 *Pactum de non petendo , renunciationes, & iurium*
*ſunt propriè contractus,ſed diſtractus.*

5 *Comprehenduntur tamen ſub ſtatutis loquentibus de*
*& negotijs,& in illis cōſenſum conſanguineorū requi*

6 *Statutum requirens in pacto de non petēdo,in refuta*
*tationibus,& donationibus mulierū conſenſum,*
*conſanguineorum intelligitur de ijs, quæ per ſe ,*
*ter fiunt,non autem de ijs,quæ fiunt in conſequenti*
*roborationem alterius cōtractus principaliter geſti*

7 *Et ſi loquatur etiam de contractibus, & negotijs mulierum*
*prehendit etiam contractum tranſactionis.*

8 *Iuramentum dolo, & metu extortum non eſt obligatorium,*
*etiam in foro canonico ſeruandum.*

9 *Et multo magis quando enormis læſio interuenit.*

10 *Iuramenti effectus per ſtatutū directè impediri nō pōt, ſed per in-*
*directum poteſt, & quomodo,& an hoc ſit uerum,*

11 *Tranſactio à muliere,ſeu minore facta, non ſeruata forma*
*etiam iurata non ualet. Quod declaratur,nu.60.*

12 *Tranſactio ob enormem læſionem reſcindi poteſt.*
*20.& 25.*

13 *Pactum de non petendo dicitur eſſe donatio.*
*ne appoſitum,nu.34.*
*Nec quando eſt reciprocum,& in contractu ultro,*
*gatorio apponitur,nume.73.*

14 *Tranſactionis contractus ob bonum publicum, ut litium*
*introductus fuit.*

15 *Et in eo magis,quam in aliis contractibus interpretatio*
*ut ſubſtineatur, & ualeat.*

16 *Tranſactio bona fide facta prętextu inſtrumentorum*
*pertorum non reſcinditur.*

17 *Habet uim,& auctoritatem rei iudicatæ,& illi*
*tiſque ingreſſum impedit,& num.26.*

18 *Tranſactio pro modico facta ex cauſa etiam ſuper magna*
*let.*

19 *Valet etiam,ſi ex ea nihil cum effectu ad partem peruenit,*
*modo peruenire potuerit,& nu.65.*

20 *Tranſactio facta pro aliqua parte eius,quod in totum*
*tenditur,actionem in totum tollit.*

21 *Nec prætextu maioris quantitatis,& læſionis reſcindi*

22 *Tranſactio pro minori quantitate facta, & in qua*
*prætēditur,peti non pōt , ut ad arbitrium boni uiri*

23 *Lucratur ſatis,qui à lite diſcedit,& nu.65.*

24 *Dubius litis euentus facit id licitum,quod aliàs erat*

25 *Tranſactio prætextu enormiſſimę læſionis non poteſt*
*bium litis euentum reſcindi: & maximè quando*
*tum interuenit,& nu.31.*

27 *Sententia,quæ in rem iudicatam tranſiuit, ob quamlibet*
*non reſcinditur,nec illi prætextu cuiuslibet enormiſſimæ*
*nis contrauenitur.*

28 *Tranſactio bona fide facta præſumitur, quando litis euentus*
*ſimiliter eſt dubius.*

29 *Tranſactio tenet ſuper lite ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè facta,*
*do aliquid detur,uel retineatur,uel remittatur.*

30 *Tranſactio eſt contractus innominatus,& in ea pœnitentiæ*
*locus.*

32

32 Tranſactio ad alienationē, & dilapidationē, & conſequenter læſionē … & ab illa nō receditur, quādo in ea id aduerſario re … ipſe tenebat, et poſſidebat, uel hīc inde fit remiſſio.
33 Renunciare ius ſuum, ſeu rē, quā alius detinet, in alijs cōtractibus, … quā in tranſactione, eſt alienare, donare, et diſſipare.
Tranſactio facta ſuper lite calumnioſè mota eſt ipſo iure nulla.
35 Tranſactio ad eius eſſentiam ſcripturam non requirit.
36 Donatio à principe nec inſinuationē, nec aliquā ſolēnitatē expoſcit.
37 … priuilegium principis an ad eius eſſentiam ſcripturam … an uerò illam per teſtes probari ſufficiat.
38 … eiuſdem rei facta à principe duobus præfertur pri… etiam ſi ſecundo res fuerit actualiter tradita.
Idem in donatione, uel uenditione facta duobus ab eccleſia, nu. 40.
39 Ex donatione ſimplici etiam uerbo facta à principe ius, & domi… transfertur abſque alia traditione.
41 Castro ſimpliciter concesso, omnia quoque illi acceſſoria conceſſa … & nu. 85.
42 … de conſenſu propinquorum in contractibus mulierum, & minorum adhibendo principaliter ad fauorem mulierum, & minorum dicitur factum.
43 Contractus minoris, ſiue mulieris ſine ſolemnitate ſtatuti conſen… propinquorum, & alia requirentis ualet, ſi eſt illis utilis.
44 Statuto requirenti conſenſum propinquorum in contractibus mino… & mulierum poteſt per mulieres, ſiue minores cum iura… ſpecialiter ſuper hoc præſtito renunciari.
45 … contractibus mulierum conſenſum propinquorum re… ſaltem reſpectu mulierum maiorum annis 25. ſunt à … exorbitantia, & correctoria.
46 … exorbitantia, & correctoria iuris cōis ſolum in caſibus, … loquuntur, intelligi, nec ultra illos extendi debent.
47 … loquētia de pactis de nō petendo, & de refutatio… locum non habent in contractu tranſactionis.
48 … exorbitans à iure communi loquens de certa ſpecie con… ad alias ſpecies non extenditur.
49 … pacto de non petendo, à refutationibus, à quietationi… & ab alijs contractibus differt, & quādo.
50 … ſi natura eſt ipſis partibus utilis, & eſt contractus … obligatorius.
51 … de non petendo, refutationes, & quietationes an per ſe prin… ſint, an uerò viciſſitudinariè, & in conſequentiam, … ad corroborationem alterius contractus principa… differt, & quomodo.
52 … ſub rub. de pactis, & donationibus non ualituris, ac … iuramenti diſponens, donationes, pacta de non petē… & quietationes à quibuſcunq; mulieribus ſine … & iuramento duorum conſanguineorū iudicis de … & irrita, nullasq;, & irritas eſſe, an, & quando … tranſactionis comprehendat, oſtenditur, & ſtatu… declaratur uſque ad nu. 63.
53 … clauſula ultimo loco poſita, quæ cōtinuatiuè, et relatiuè … ueniunt, ad illa tantū reſtringi, ac referri dēnt.
54 Exceptio debet eſſe de regula, & loquitur ſolum in terminis dicti, & regula, à qua fit exceptio.
55 Annullatio actus eſt pœna, quæ non debet cenſeri impoſita in caſu, … eſt expreſſa.
56 Contractus de iure communi ob ſimplicem læſionem etiam ultra di… non eſt nullus, ſed ualet, quamuis reſcindi poſſit, exce… tranſactionis contractu.
57 … interueniente iuramento non modo generali, ſed etiam … de non contraueniendo aliqua ratione, uel cauſa prætex… læſionis.
58 Tranſactio quòd prætextu læſionis non excedentis dimidiam re… ſcindi nequeat, omnes conueniunt.
59 Iuramentū … uires ſuas retinet, et contractui robur pſtat, nō obſtāte ſtatuto nolēte iuramētū ī cōtractu mulieris, uel minoris ſine cer… ſolēnitate celebrato cenſeri debere metu, uel dolo extortum.
60 Decius in conſi. 532. reprehenditur, & declaratur nu. 61. et 64.
Læſio in contractu tranſactionis quomodo capi debeat.
62 Tranſactio, & illius ratificatio differunt.
63 Ratificatio actus quando eandem formam, & ſolemnitatem expo… quæ in ipſo actu requiritur.

Et quando non retrotrahatur, & ab ipſo actu differat.
64 Tranſactionis contractus, cuius damnum, & utilitas à caſu depen det, damnoſus non eſt reputandus, nec læſionem propter incer titudinem continet.
66 Minor poſt contractum læſus aliquo caſu, & non ex fragilitate, & imbecillitate ipſius non reſtituitur.
67 Læſus non dicitur, qui ab initio iure communi uſus fuit.
68 Tranſactio, in qua fuit promiſſum expreſsè quid certum, & totum illud, quod tertius quidam declarauerit, licet tertius declarare non potuerit, tamen ualet in eo, quod fuit expreſsè promiſſum, & ex eo, quod non declarauerit, læſus quis dici non poteſt.
Et quòd, eo non ualente declarare, ad arbitrium boni uiri recurri poſſit, nume. 72.
69 Promiſſio facta de eo, quod tertius declarauerit, dicitur ſub cōdō ne facta, ſi, & quatenus declarauerit, etiā ſi id magnum foret.
70 Venditio facta pro decem, & illo pluri, quod Titius declarabit, eo non declarante, ualet in eo, quod fuit expreſſum.
71 Cōtractus remiſſus in arbitriū tertij quando ualeat, & quādo nō.
72 Arbitrio, & declarationi alicuius tertij ſi quid eſt remiſſum, quan do eo non arbitrante, nec declarante, ab illo recedi, & ad arbi trium alterius recurri poſſit.
74 Tranſactio, & contractus nocet, & prodeſt tranſigenti, & contra henti, ſuisq; hæredibus, & non alijs etiam nominatis, pro qui bus tranſigens, & contrahens de rato promiſit, ſi nulla fuit ſe quuta ratificatio.
75 Trāſactio, in qua trāſigens oīa eius bona, & iura pro obſeruatio ne, & adimplemento promiſſorum obligauit, eatenus extendi tur ad omnia bona, quatenus trāſigens ius aliquod in illis hēat.
76 Promittens de præſenti die certum tempus appoſuiſſe dicitur.
77 Promittens dare certo tempore, & ultra ad petitionem credito ris per euentum temporis certi, non expectata creditoris inter pellatione, in mora conſtituitur.
78 Verba ablatiui abſoluti, & uerba illa aliàs non facturus, condi tionem important.
79 Obligatio, & actio ante conditionis euentū non oritur, & nu. 84.
80 In mora ante conditionis euentū quis conſtitui non pōt, & nu. 84.
81 Verba in euentum, in quem conditionem faciunt.
82 Moram, & contrauentionem alterius is allegare non poteſt, qui non adimpleuit ea, quæ prius adimplere debebat.
83 Dilationis in contractu conditionali factæ à uenditore, ſeu credito re emptori, uel debitori tempus non incipit currere, niſi perfe cto contractu, & conditione impleta.
84 Debitor conditionalis non poteſt niſi poſt euentum conditionis ef ficaciter obligari.
85 Caſtro in feudum conceſſo cum omnibus iuribus, iuriſdictionibus, pertinentijs, & adiacentibus, etiam molendina, & prędia ac ceſſoria, & connexa ſub feudo continentur.
86 In bonis feudalibus fœminæ, maximè extantibus maſculis, non poſſunt ſuccedere.
87 Bona feudalia in reſtitutione fideicommiſſi non ueniunt, nec com prehenduntur.
88 Melioramenta facta ſumptibus, & expenſis grauati per fideicom miſſum ſunt ad fauorem ipſius grauati, uel ſucceſſoris de fi deicommiſſo deducenda.
89 Bannum, quod ad notitiam banniti abſentis, & ignorantis non peruenit, illi non nocet. Contra nu. 103.
90 Bona ratione banni effectualiter confiſcata, & publicata non cen ſentur, niſi ſententia declaratoria fuerit ſequuta.
Quod limitatur nu. 94. vſque ad num. 97.
91 Et ad hanc declarationem faciendam partis citatio requiritur.
92 Nec ea poſt mortem delinquentis fieri poteſt.
Quod limitatur num. 104.
93 Bona ſubiecta fideicommiſſo publicari non poſſunt.
94 Rebellis bona ipſo iure, & facto immediatè confiſcantur, & illo rum dominium ſtatim in fiſcum transfertur adeò, quòd poſt deli ctum alienata poſſunt per fiſcum uendicari, & à die criminis commiſſi nec in alium ad fiſci præiudicium transferri, nec bona conſcientia retineri ualent, & nu. 97.
95 In pœnis ipſo iure impoſitis an, & quomodo, & ad quid ſenten tia declaratoria requiritur.
96 In pœnis ipſo iure impoſitis quando delictum eſt manifeſtum, &

tt noto-

*notorium, declaratoria non eſt neceſſaria.*

97 *Pena in crimine rebellionis eſt ipſo iure impoſita, & bona delinquentis ipſo facto, & ilico fiſco applicantur.*

98 *Rebelles qui ſint, & num. 100.*

99 *Principem offendit, qui iniuriam, & offenſam ſubditis, & partialibus principis infert.*

101 *Bona rebellis, & ſimilium ipſo iure confiſcata poſſunt à principe, & domino fiſci in alium transferri.*

*Et illorum dominium in eum dicitur per principem translatum.*

*Etiam abſque eo, quòd princeps, ſeu fiſci dominus illa poſſederit, & tradiderit, & num. 102.*

102 *Princeps ſine traditione rem, quæ alterius erat, in alium trãsfert, dummodo illius fuerit dominus, uel poſſeßor.*

103 *Statuta, & banna præiudicialia infra modicum tempus arbitrio ſuperioris etiam ignorantes ligant.*

104 *Delictum, & effectus pœnæ quando morte delinquentis non extinguantur, ſed ad, & contra hæredes tranſeant.*

## EPITOME.

Tranſactionẽ iuratã à muliere factã ſine ſolẽnitatẽ ſtatuti urbis Romæ ſub rubrica de pactis, & donationibus nõ ualituris, ac inualiditate iuramẽti diſponẽtis, ꝙ donationes, pacta de nõ petẽdo, refutationes, & quietationes à quibuſcunq; mulieribus ſine approbatione, & iuramẽto duorũ conſanguineorum, & iudicis decreto ſint nullæ, & irritæ, ac nulla, & irrita, & iuramentum præſtitum dictis mulieribus cẽſeatur metu, & doloſè extortum, nihilque operetur, ualere, nõ obſtante dicto ſtatuto, & ſub eo tranſactionis contractum non comprehẽdi, & prætextu cuiuſcunq; enormiſſimæ læſionis reſcindi non poſſe, hic demonſtrat.

Tranſactio nocet tranſigenti tm̃, eiusque heredib. & nõ aliis ẽt in ea nominatis, pro quibus de rato promiſit, niſi fuerit ſequuta ratificatio, & ad oĩa bona, & iura ipſius trãſigentis, qui oĩa eius bona, & iura ꝓ obſeruatione, & adimplemẽto ꝓmiſſorũ obligauit, eatẽnus extẽditur, quatenus in illis trãſigẽs ius aliqđ hẽt.

Contraueniſſe, & promiſſa nõ adimpleuiſſe, ſicq; pœnã l. ſi qs maior. C. de trãſac. incurriſſe dici nõ põt is, cui non fuerũt adimpleta, nec obſeruata ea, quæ prius ei per alium adimplenda, & obſeruanda erant.

Rebellis bona ob bannũ contra illum latum ipſo iure dicuntur confiſcata, eorũq; dominium fiſco acquiſitũ, & abſq; alia traditione dominus fiſci, & princeps ea alicui gratioſè concedendo in illum dominium transfert, cui dicta bona rectè acquiruntur.

## CONSILIVM CLXXVI.

IN cã illuſtris D. Pyrrhi, quã hẽt cũ illuſtribus dominab. Beatrice, & Hortẽſia eius filia, q̃ tàm ſuo, q̃ ceſſionario noĩe ex ceſſione ſibi per do. Lucretiã ſororẽ ſuã facta inſtat, ueluti ex ijs, quæ in informationibus tàm facti, q̃ iuris continentur, colligi põt, uidendum eſt de pluribus, primo de ualiditate, uel inualiditate tranſactionis factæ inter D. Pyrrhum ex una, & do. Beatricẽ ex alia, & an eã ꝑtextu læſionis reſcindi poſſit. Secũdo ꝑ ſuppoſita illius ualiditate, quibus noceat, & in quo. Tertio, an D. Pyrrho obſtet diſpõ. l. ſi quis maior. C. de tranſa. Quarto, an bona D. Alphõſi filij ꝑfatæ illuſtris d. Beatricis, & fratris dictæ illuſtris do. Hortenſię potuerint ipſi D. Pyrrho acqri ex cõceſſione, & donatione ei à Sãctiſſimo do. Papa facta ob bãnũ rebellionis ꝯ dictũ do. Alphõſum latũ. ¶ Quoad primum vr̃ primo aſpectu dicendum eſſe, ꝙ tranſactio fuerit nulla, & inualida, quia in ea non fuit ſeruata forma, & ſolennitas requiſita à ſtatuto, & reformatione urbis ſub rub. de pactis, & donationibus ualituris cap. 23. & ſub rub. de pactis, & donationib. nõ ualituris, ac inualiditate iuramẽti c. 19. diſponentibus, ꝙ donationes, pacta de nõ petendo, refutationes, & qetationes à qbuſcunq; mulierib. factæ, & facta ſine approbatione, & iuro duorũ cõſanguineorũ, & iudicis decreto [...] læ, & irritæ, ac nulla, & irrita, & iuramentum [...] dictis mulieribus cenſeatur metu, & doloſè [...]

1 nihilque operetur. Et † ultra quod ex [...] actus conſenſus dictorum conſanguineorũ [...] tum iudicis poſſint dici eſſe de forma ſubſtan[...] ea, quæ ponunt legiſtæ in l. 1. ff. de lib. & poſth. [...] tur per canoniſtas maximè mod. in c. cũ dilecti [...] de reſcr. auth. hoc ius. C. de ſacroſ. eccleſ. [...] tranſactio. & glo. in c. dudũ. de elec. idem [...] cendũ in caſu, quo ſtatutum conſenſum [...] neorũ ſimpliciter requireret, & ulteriu[...] actum non procederet, qm̃ cõſenſus, & [...] iuſmodi cenſentur per ſe requiri pro form[...] nitate, ut uoluit Bal. in l. 1. col. antepen. uer[...] quæritur. C. qui admitti. Floria. in l. 1. col. 3. [...] ſor. fal. mod. dix. & Alex. in l. 1. §. fuit quæſi[...]

2 & ulti. col. ff. ad Trebellianũ. In tantum, † [...] ctus ſine cõſenſu propinquorũ eſſet ipſo iure [...] & ex eo obligatio naturalis, & ciuilis nõ orir[...] in l. cum lex. in 3. col. uerſi. iuxta prędicta. ff. [...] & in l. 1. col. pen. uer. & ideò dico ſi ex forma [...] uatio. & in l. ſi non ſortẽ. in prin. in uerſ. unde [...] & ibi Alex. ff. de condic. indeb. iunctis not. per [...] l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiu. cum ſimil[...] Quæ ſtatuta urbis loquuntur nõ ſolũ de pactis de [...] petendo, refutationibus, quietationibus, & dona[...] nibus, ſed etiam generaliter de contractibus [...] ut habetur in reformatione, & additione facta [...] ſemper cum iudicis decreto cõtrahere poſſint [...] in uerſi. & in oĩbus contractibus, ac negotiis, [...] neraliter, & uniuerſaliter ſtatutũ de oĩbus contracti[...]

3 bus, & negotiis loquitur. Sed † tranſactio [...] tradita per Bar. & oẽs in l. ſiue apud acta. C. de tranſa. [...] ergo ꝯctus tranſactionis à do. Beatrice factus [...]

4 nullus. Præterea † quãuis pactũ de non petendo [...] ciationes, & iuriũ ceſſiones propriè nõ ſint ꝯtractus, [...] ſed diſtractus, & ſic largè, & impropriè, ut per Bal. [...] ge. & alios in l. ſi unus. §. pactus. ff. de pac. l. [...] §. ꝑterea. cũ ibi not. ff. de acq. poſ. & not. in [...] ſol. matr. & Soci. in l. ſi quis arbitratu. in col. 14. [...]

5 uerb. obl. tm̃ † cõprehenduntur ſub huiuſmodi [...] tis cõſenſum cõſanguineorũ requirentibus, ut uoluit [...] doct. uidelicet Bal. in l. pactũ. col. 21. C. de col. Bal. & [...] Alex. poſt Bar. in l. ſi unus. §. pactus. ff. de pac. & idem [...] Bal. in rub. C. eod. & in l. ſiue apud acta. ibiq; Iaſ. C. de [...] tranſa. ac ẽt quia negotiorũ appellatione cõprehen[...] poſſunt, ut in c. forus. de uerb. ſign. & per totũ ff. & C. [...] de neg. geſt. & ſtatuta in caſu noſtro de negotiis [...]

6 quunt, ut ſ̃. ergo &c. Ex quibus infertur, ꝙ † [...] tutũ prædictũ dum loquit̃ de pacto de nõ pe[...] refutationibus, de quietationibus, & dona[...] poſſit intelligi de illis, ꝓut per ſe, & principal[...] non aũt acceſſoriè, nec in cõſequentiã ad [...] tionẽ alterius ꝯtractus, ut no. uoluit Rom. in [...]

7 qđ eſt repetitũ in cõſ. 394. inci. ꝓſuppoſito [...] lud ſtatutũ non ſolũ loquitur de donationibus [...] tationibus, & refutationibus, ſed ẽt de cõ[...] negotiis, ut ſ̃. & ideò ẽt cõtractus trãſactionis [...] dictũ eſt, uerè, & propriè dr̃ cõtractus, cõprehen[...] cetur, & cõſequẽter nos ſumus ꝓpriè in caſu [...] tuti, quia domina Beatrix fecit tranſactionẽ ſine [...] ſentia, & approbatione propinquorũ, & ſic [...] dicti ſtatuti: & maximè qa in cõtractu tranſaction[...] ac ẽt in pacto de nõ petendo eadẽ ſtatuti rõ [...] põt, uidelicet ne minores, & mulieres fraude[...] per Bart. & alios in l. tranſactione. ff. de tranſa[...] Bal. in l. 2. uerſ. not. hanc rõnem. C. de adoptio. [...] c. 1. col. 17. de conſtitu. per no. per Abbatẽ. in c. [...] extra de teſtam. & per Bart. Alex. Bal. & Ang. [...]

in d.l.ſi mus.§.pactus.& Alex.in d.l.1.§.fuit quæſitū.
Et quamuis D.Beatrix iurauerit de non contraueniē
do tamen ceſſante dicta ſolemnitate ſtatuti, iura
mentum nihil operatur, neque eſt ſeruandum, quia
uiribus per ſtatutum fuit annihilata, cū uoluerit il
lud tamen extortum dolo,& metu, nihilque opera-
8 ri, quia iuramentum dolo, & metu extortum nō
eſt obligatorium,nec ſeruandum etiam in foro cano
nico, cum contingat.de iureiuran.c.quamuis.de pa
ctis, ſcilicet mulieres.de iureiur.co.lib.auth.ſacra
menta puberum.C.ſi aduer.uend.c.non eſt obligato
9 rium.de reg.iu.in 6.Et† tanto magis, quando interue
nit deceptio etiam re ipſa, hoc eſt enormis læſio,ut ī
terminis habetur p Philip.Cor.in conſi.166.uol.1.cū
10 ſibi allegat.& † quamuis per ſtatutum effectus iu-
ramenti directè impediri nequeat, quin iurans illud
ſeruare teneatur,quando ſine interitu ſalutis æternæ
ſeruari poteſt,ad tradita per Bar.in l. oēs populi.in 8.
col.ff.de iuſt.& iure.& c.cum contingat.ibiq; canoni
ſtæ de iureiur. cum ſi. tamen ſtatutum per indirectū
non poteſt effectum iuramenti impedire, ſtatuendo
ex iuſta cauſa,puta ratione qualitatis perſonæ,ꝙ iura
mentum cēſeatur pręſtitum vi,dolo, uel metu, ut in
terminis noſtris uoluit Barr.in d. l. omnes populi. in
8.colum.item ſi ſtatutum diceret.Bal.in d.auth.ſa
cramenta puberum.col.2.uer.ſed quęro,nunquid.in
l.omnium.in ult.oppoſ.C.de legi.& in l.2.q. 9.C.
de reſcind.in l.1.C.ſi aduer.dona.& Sali. in d.au-
11 th.ſacramenta puberum. ¶Secundo † ꝙ tranſactio
à muliere,ſeu minore facta non ſeruata forma dicto
rum ſtatutorum urbis ēt cum iuramento nō ualeat,
colligitur in terminis Dec.in conſil. 532. & quamuis
ibi uideatur ſe fundare in quadā proteſtatione fa
cta, tamen in ea habebatur relatio ad primum caput
formæ, & ita Dec.in dicto primo capite fundamentū
facit ad concludendum tranſactionem eſſe nullam
propter defectum ſolemnitatis,propterea quia con-
ſenſus propinquorum non interuenit: & benè facit
etiam id,quod uoluit Dec.in conſi.345. uiſis his &c.
quem ibi allegat ad probandum, tranſactionē etiā
iuratam propter omiſſam ſolemnitatem à iure requi
12 ſitam non ualere.¶Tertio ex alio uidetur,† ꝙ tranſa
ctio iſta ſi non ſit nulla, ſaltem ſit inualida, & iniuſta ob
enormem læſionem, quæ excedit tertiam partē eius,
quod agebatur, & conſequenter reſcindi poſſit pro-
pter enormiſſimam lęſionem,quam enormiſſimam
læſionem ſtatutum prædictum urbis præſupponit cir
ca ea, ibi,& in omnibus contractibus,& negotiis
& quando ea excedit tertiam partē,& hoc dictū ſta
tutum ſtatuit ad tollendas dictorum opiniones, quæ
ſunt ſuper eo,quando contractus,aut tranſactio, ſeu
arbitramentum enormiſſimam læſionem continere
dicatur iuxta no.per Bar.in l.ſi ſocietatem.§.arbitro-
rū.col.7.uer. quæro,quæ dicatur parua ff.pro ſocio.
& ibi apoſt.& per Imol.& canoniſtas plenè in c.quin
tauallis.de iureiur.Et ꝙ ob enormem læſionem non
ſolum alii contractus,& diſtractus,ſed ēt contractus
tranſactionis reſcindi poſſint,uoluit Bar.Imo.Rom.
& Ang.in l.ſi quis cum aliter.ff.de uerb.oblig. & in l.
Lucius.in fi.poſt gl.ff.ad trebell. Ang. in l.2.C.de re-
ſcin.uend.Ioan.de Imol. in c.quintauallis. in charta
12.uer.circa,de iureiur.Card.Imo.& Abb.in c.ad no-
ſtram.de empt.& uend. Et eadem ratio ſtatuti mili-
tat in tranſactione,quæ in contractibus aliis ſtricti iu
ris,in quibus ſaltem quoad effectum locum habet re
medium d.l.2.C.de reſcin.uend.ut uolunt doct.cōi-
ter in d.l.ſi quis cum aliter.& refert Alex.ibi in 1.col.
ergo diſpoſitio dicti ſtatuti ēt in contractu trāſactio-
nis locum habebit,& iuramētum propter dolum, &
13 metu nihil operari dicetur. ¶Quarto facit nam† pa-
ctum de non petendo dicitur eſſe donatio. l.pactum
curatoris.C.de pactis.cum gl.l.1.ff.de tranſact.in fin.
cum ibi not.l.pręſes.C.de tranſac.& hoc tenet Cy. in
l.pacta quæ contra.in 1.q. ver. item eſt alius effectus.
C. de pactis. Sed per ſtatutum urbis eſt expreſsè pro-
hibita donatio facta à muliere ſine conſenſu, & præ-
ſentia propinquorum,& aliter facta non tenet, ergo
ex hoc capite contractus inter d.Beatricem,& D.Pyr
rhū factus ipſo iure nullus eſſe dicitur.Sed,præmiſſis
omnibus non obſtantibus,concludendum eſt,cōtra
ctum tranſactionis eſſe validum,& firmum, illiq; D.
14 Beatricem ſtare debere,quoniam† contractus tranſa
ctionis introductus fuit propter bonum publicū, ut
eſſet litium finis,ut in l.fratris.C.de tranſac. l. 2.ibiq;
15 Bal. & alii eo.tit. Et ideò† in eo ſemper magis,quàm
in aliis contractibus debet fieri interpretatio, ut ſub-
ſtineatur,& ualeat,arg.c.finem litibus. & c.uenerabi
lis.de dolo,& contuma.c.conſtitutis.de procur.c.iur
gantium.de re iudic.l.litibus.C.de agricol.& cēſi.lib.
11.& l.properandum.in prin.C.de iud.intereſt enim
reipublicæ lites finiri, & partes ab expenſis releuari,
16 ut ibi. Hinc uidemus,ꝙ† trāſactio bona fide facta nō
reſcinditur prętextu inſtrumentorum de nouo reper
torum.l.ſub prętextu. la 1. C.de tranſac. contra ea,q̄
17 habentur in l.admonendi.ff.de iureiu.Item †illa hēt
uim,& auctoritatem rei iudicatæ.l. nō minorem. C.
de tranſac.& impedit litis ingreſſum.d.l.fratris. ibiq;
18 doct.Præterea† tranſactio facta pro modico ēt ſuper
magna lite ualet,dummodo ſit facta ex cauſa Bal. in
l.ſi mulier.ff.de condic.ob cau.per Bar.in l.lucius. in
19 fi.ff.de admin.tut.item† ſi ex tranſactione nihil cum
effectu ad partem peruenit,tamen ea ualet, dummo
do ex illa aliquid peruenire potuerit.l. ſi ſuper.ubi ca
20 ſus,Bar.& alii.C.de tranſac. † Et ſi pro aliqua parte e-
ius,quod in totum deberi prætēditur,tranſactio fiat,
actio in totum tollitur.l.intereſt.C.de ſolutionibus.
21 †nec prætextu maioris quantitatis,& læſionis reſcin
di poteſt.d.l.intereſt.ibique Bal.& in l.ſi quidem.ubi
doct.C.de tranſac.nec attendi dēt, quantum dicere-
tur debitum,ſed quantū eſt forma tranſactionis. d. l.
Lucius.in fi.& in l.Lucius.in fi.ff.ad trebel.Et propte
22 rea† tranſactio facta pro minori quantitate,& in qua
enormis læſio prętenditur,non poteſt peti,ut ad arbi
trium boni uiri reducatur, quia ī ea læſio propter du
bium litis euentum cadere non dicitur,Bal. in l fi. §.
23 ſed & ſi quis.col.1.C.cōmunia deleg.† ſatis.n.lucrat̄,
qui à lite diſcedit.l.1.C.de pactis.l.ſi ea.C.de uſuris.&
Alex.in d.l.ſi quis cum aliter.col.3.ff. de uerb. oblig.
24 Et† propter dubium euentum id efficitur licitum,qđ
aliàs erat illicitum, Alex.in conſi.80.uol.5.arg.l.de fi
deicommiſſo.C.de tranſac.iuncta l.1.C.de pactis.cū
ſim.quæ allegat Alex.ibi,& in conſi.81.eod.uolu.idē
25 uoluit,maximè interueniente iuramento.Et† ideò ꝓ
pter dubium litis euentum doct.magis cōiter tàm le
giſtę,quàm canoniſtę uolunt,& tenent,ꝙ tranſactio
prætextu enormiſſimę læſionis reſcindi nequeat, ut
quando quis diceret ſe deceptū ultra dimidiam eius,
quod debebatur,ut uoluit gl.quam cōiter canoniſtæ
uidelicet,Ioan.And.Abb.Imo.& Pet.de Anch.ſequū
turi n c.cauſam.de emp.& uend.Specu.in tit. eod.de
emp.& uend.§.nunc uidendum eſt,& reſtat.uerſi.qđ
de tranſactione.Guliel.de Cun.in l.ex cauſa.C.de u-
ſucap.pro emp.Bal.in l.ordo.C.de exequut.rei iud.&
in l.3.§.1.ubi hoc ſentit gl.in uer. debere.ff. de tranſa
ctio.idem Bal.in l.fi.in princ.& in §.1.C. communia
deleg.in l.fi.col.2.C.de contrah.empt.& in l.1.col. 2.
C.de pactis.Richar.Malum.Cyn.& Bal.in d.l.2.& de
hoc uidetur tex.in d.l.Lucius.in fi.ff.de adminiſt.tu-
to.& melius ēt in d.l.Lucius.in fi.ff.ad Trebel. bonus
tex.in l.intereſt.C.de ſolut.& in d.l.ſi quidē.C.de trā-

ſactio.& optimus tex.in l.in ſumma.in prin. in uerſi.
nulla res.cum ibi not.ff.de condic.indebi. Hanc opi-
nionē ſeqtur ēt Alex. in d.l.ſi quis cū aliter.in 2.& 3.
col. per multa iura , uidelicet per l. à diuo pio. §. ſi
pignora.ibi uelut &c.cum ibi no.ff. de re iudica. & ꝑ
l.quod ſi.iuncta l.præcedenti.ff.de dolo.& l. ſi ſuper-
ſtite.in fi.C.eod.tit.de dolo.bonus eſt ēt tex. in l. 1.in
fi.C.de plus petit.in d.l.ſub prætextu.la 1.& la 2.C.de
tranſac.in l.poſt deciſionem.C.de furtis.quā Bal.alle
gat in d.l.ordo.& pro hac opinione facit,quia tranſi-
gens,& remittens incertum litis euentum , qui dubi
us eſt iuxta.l. quod debetur. ff.de peculio. non poteſt
ſe deceptū dicere,quia ſatis lucratur, qui à lite diſce-
dit.& arg.d.l.1.C.de pactis.l.ſi ea lege.C.de uſuris.&
cap. finem litibus.de dolo , & contumac. ¶ Præterea
26 †tranſactio habet ſe ad inſtar ſententiæ, & rei iudica
tæ æquiparatur.d. l. non minorem. C. de tranſac. l.2.
27 ff.de iureiuran.ſed† contra ſententiam,quæ in rē iu-
dicatam tranſiuit , quis uenire non pōt prætextu cu-
iuslibet enormiſſimæ læſionis,quoniam illa ob quā-
libet lęſionē non reſcinditur.l.2. C.quando prouoc.
non eſt neceſſe.in fine,& habetur in c.1. & fi. extra de
re iudic.ubi exemplificatur, ergo nec cōtra trāſactio
nē bona fide factā poterit prætextu læſionis magnæ,
quæ etiam dimidiam euentus dubii litis excedit , re-
ſciſſio peti,& ita tenent Dy. in d.l. ſi quis cum aliter.
& Pet.Cy.Sali.& Bal.in d.l.2.C.de reſcinden.uendit.
28 Et† in tranſigente præſumiur bona fides ſecundū ſta
tutum cauſæ,nam ſi euentus litis ueriſimiliter ſit du-
bius,tunc tranſactio facta ſuper ea,bona fide facta ꝑ-
ſumitur.l.cum hi.§.cum lis.ff.de tranſac.l.præſes. C.
eod.tit.& Bal.in c.1.in fi.de controuer. inter uaſallū,
29 & alium.Nec refert,†an lis,ſuper qua fuit facta, in ſe
fuerit iuſta,uel iniuſta.l.2. & ibi Bal. in 2.notabili.C.
de tranſactionib. quia dummodo aliquid detur , uel
retineatur,uel remittatur,trāſactio tenet.l.trāſactio.
C.de trāſac.ibiq; Bar.& alii.& Bar.in l.ſi cauſa cogni
30 ta.in 1.lectura.C.eod.titu.& † quamuis tranſactio ſit
contractus innominatus, ut per Bart. & alios cōiter
in l.ſiue apud acta.C.de tranſactio. & in cōtractibus,
innominatis locus ſit pœnitentiæ, ut in l. ſi pecuniā.
in prin.ff.de condic.cau.data.cum ſim. tamen in con
tractu tranſactionis ſecus eſt.l.quamuis.C.de tranſa-
31 ctionib.Et hanc opinionem,† ꝙ ob enormiſſimā læ-
ſionem , quæ etiam excederet dimidiam eius , quod
deberetur, ſeu quod dubius litis euentus ualeret , nō
poſſit tranſactio reſcindi,ſi aliquid datum,aut reten
tū,uel remiſſum fuit,iuxta d.l.tranſactio. tenuit Bal.
in l.fi.col.2.in 2.oppoſitione.C.de contrah.empt. &
ſequutus fuit multum egregiè loquens Alex. in cōſi.
42.col.5.in 8.arg.uol.1.& in conſi.118.uol.7.qui affir
mat hanc eſſe communem opinionem , & tenendā
& maximè quādo in tranſactione interuenit iuramē-
tū,& mulier fuit certiorata,prout in caſu noſtro Do.
Beatrix certiorata fuit,ac interuenit ēt nō modo ſim
plex,ſed etiam duplex iuramentum,primum , per ꝙ
D.Beatrix ſpecialiter cęrtiorata de beneficiis , & pri-
uilegiis ſibi à iure , & ſtatutis conceſſis omnibus illis
renunciauit,ſecundum generale iuramentum fuit,ꝑ
quod promiſit generaliter de non contraueniendo
in forma &c.ergo prętextu læſionis etiam ænormiſſi
mæ non poterit ipſa contrauenire dictæ tranſactioni
maximè iuratę:& quamuis ſtatutum uideatur uoluiſ
ſe annihilare iuramentum,tamen ob hoc uirtus ipſi-
us non dicitur annihilata ſecundum opinionem ma
gis communem, & ſequendam ; ut infra dicetur,qc-
quid uoluerit Bart.circa iuramentum, quando ſtatu
tum diſponit,iuramentū debere cenſeri dolo, & me
tu extortum in l.omnes populi.in 2.q.3.q. principa-
lis.in uer.iuxta prædicta quæro. ff. de iuſtitia, & iure.

& quicquid idem Bar.circa lęſionem ultra dimi
eius , quod debetur , ſeu dubij litis euentus
d.l.ſi quis cum aliter.in d.l.2. C. de reſcinden.
tio.& in d.l.Lucius.in fin.ff. ad Trebellianum
plures ab Alexandro in d.l.Lucius.in d.conſil.
lum.1.& in d.conſil.118.uolum.7.allegati
Sed tamen,ſi uerba Bartoli in d.l.Lucius.
conſiderentur,ipſe non determinat , tranſ
poſſe ob prædictam enormiſſimam læſionem
reſcindi,ſed ſimpliciter notat,& ponderat
ſtante opinione, ꝙ læſio ultra dimidiam
ctu tranſactionis conſiderabilis,qualiter
lęſio capi,& cōſiderari debeat, uidelicet
rei,ſeu eius,quod debetur, an uerò reſpe
tis euentus , & dicit gloſam illam intelli
do modo , & ideò in hoc eſſe notandam
tur facere ſecundum eum ad caſum arbitr
quo ibi,quia id, quod fuit in aliis contract
ductum iuxta d.l.2.C.de reſcin.uend.c.cum
& c.cum cauſam.de emp.& uenditio.locum
bet in contractu tranſactionis,& ratio eſt,
ſactio fuit inuenta,ut eſſet litium finis,& ad
iudicatæ,ut dictum eſt , & traditur per Alex
in d.conſil.in 5.colum.in d.octauo argument
ratio ceſſat in aliis contractibus,& Alexan.in d.
lio,& in d.l.ſi quis cum aliter.hanc eſſe commu
opinionem,& tanquam ueriorem ſequendam
quicquid dixerit Corn.in conſil.166.in 1.uolum.
conſulendo adhæſit alteri opinioni diſtinguendo
illius diſtinctionem ſequitur Deci. in conſil.
profectò alia opinio eſt uerior , magiſque commu
nis. ¶ Confirmantur etiam prędicta contra
32 Beatricem,† quia,ut uoluit Bal.in c.1.in fi.de contro
uerſ.inter uaſallum , & alium, quando in contractu
tranſactionis remittitur , & relaxatur aduerſario id,
quod aduerſarius tenebat,& poſſidebat,
de fit remiſſio,tunc tranſactio alienationem,& dila
pidationem , & conſequenter enormiſſimam læſio
nem non continet, & ab illa propter hoc recedi non
poteſt.l.ſi pro fundo.& l.ſi de fideicōmiſſo.C.de tran
33 ſactio.Et† quamuis in aliis contractibus,
ſuum,ſeu rem,quam alius detinet,remittere
nare,donare , & diſſipare.l. quædam mulier
uendicatio.l.ſi ſponſalibus.§.1.ff.de iure dotium. ta-
men ſecus eſt in tranſactione,ſecundum Bal.
hoc non ex alio , niſi quia tranſactio fuit inducta,
eſſet,litium finis,& quia effectum rei iudicatæ
& faciunt ea,quæ habentur per Alexandrum in
ſtil.ad Barto.in l.ſi quis obligatione.ff.de regul.
34 ubi dixit , ꝙ † quamuis per pactum de non
per ſe factum,& ſimpliciter quis dicatur do
tamen non procedit, quando remiſſio fieret
tractu tranſactionis,& hoc propter dubium
tum.Sed in contractu tranſactionis per do
tricem facto,de quo nunc agitur, ipſa remiſit
ſit iura,quæ habebat in caſtris à domino P
tis,atque poſſeſſis,& Do. Pyrrhus in recom
nem huius remiſſionis,& ceſſionis ei rem
xauit caſtrum Iuliabelli,omniaque iura,
caſtro,& hominibus illius habebat, ei ceſſit,
dem Do.Beatrici promiſit ſcuta quingenta,
triginta frumenti,ac omne illud,& totum,
ctiſſimus Do. Clemens Papa ſeptimus declara
cuius declarationi partes ipſę hinc inde ſtare
ſerunt,ergo per dictam tranſactionem D.Bea
poteſt dici alienaſſe,nec diſſipaſſe,et cōſequen
læſam,neque deceptam fuiſſe,cum ipſa ſpōte
ter,& nō per errore, & in forma cameræ &c.
meliori modo &c. per uiā tranſactionis ceſſerit
dimiſerit iuxta ea,quę hn̄tur ꝑ Alex.in d.cōſ.

36 ¶Non obſtat, † quòd dominus Pyrrhus illa iura do.
Beatrici ceſſerit, atque remiſerit, quæ notoriè in ca-
ſtro Iulianelli, & in illius diſtrictu, ac hominibus nō
habebat, & conſequenter calumnioſè litem ſuper il-
lo mouiſſe dicatur: quo fit, ut do. Beatrix ex hoc ſolū
decepta, & tranſactio nulla ipſo iure dici poſſit, ut eſt
tex. not. in l.in ſumma. in prin.ff.de condi.inde-
biti. & quem ita dixit Alex. in d.l.ſi quis cū aliter.col.
3. Quia reſpondetur, quòd do. Pyrrhus ex donatione
Clementis VII. uerbo facta ius ī dicto caſtro Iu-
lianelli habuit abſque eo, quòd de donatione illa ſcrī
ptura facta eſſet, quia † donatio non requirit ſcriptu
ram. l.in extraneos.& l.in donationibus.C.de donatio.
& quæ eſt facta à principe, non requirit ēt inſinuatio-
nē, nec aliquam aliam ſolennitatē. l. benè à zenone.
C.de quadrien.pſcri.l.ſancimus.C. de donatio.& Iaſ.
37 in l.omnes.C.de rei uendic. † an aūt ad effectū alte-
rius gratiæ, ſeu priuilegij principis requiratur ſcriptu
ra, an uero per teſtes probari ſufficiat, ponūt, & exa-
minant docto.canoniſtę.in rub.extra de conſtit.in fi.
& legiſtæ in l.humanum. C.de legibus.& magis cōis
opinio uidetur eſſe, ꝙ ad eſſe gratię ſcriptura non re-
quiratur, ut ibi p Deciū poſt alios. Cū ergo ſanctiſſi-
mus do. Clemens prius do. Pyrrho dictū caſtrū Iulia
nelli cū ſuis pertinentijs uerbo donauerit, dein-
de mediante ſcriptura do.Beatrici, ſequitur, ꝙ ipſi do.
Pyrrho fuit prius in dicto caſtro acquiſitū,& illud
potuit cedere, & in do. Beatricem transferre. Nec
38 huic concluſioni aduerſatur tex.& regula d.l.quoties.
ubi ſi duobus donatio eiuſdē rei ſit facta, & ſecundo
primo fuit tradita, acquiritur dn̄m illi, cui prius fuit
tradita, & primus, cui non fuit tradita, non pōt con-
tra eum agere, quia primo dici pōt, illud nō habere lo
cum, quando princeps prius rē alicui ēt ſimplici uerbo do-
nat, quia tali enim ius,& dominium abſque alia traditio
ne acquiritur, non autē ſecundo, cui res fuiſſet actua
liter tradita: & ita tenent doct.communiter,ut refert
Iaſ.in d.l.quoties.colum.3.in uerſic.ſecundo infero.
qui etiam plura allegat, quæ uideri poſſunt, iunctis
39 his. Præterea † ſecūdum Iaſ. ibi, quādo princeps
uoluit gratiā motu proprio facere alicui donando,
ut in caſu noſtro facere uoluit,tunc ex ſimplici dona
tione uerbo facta ius, & dominium transfertur,
ut ibi determinat Iaſ.in 4.colum. per not. p Bal. in c.
1.ſi de inueſtitura.in 2.colum.de noua forma fideli. ibi-
que And.de Iſern. argumento c. ſi tibi abſenti.de p̄-
40 ben.in 6. Tertio † quando eccleſia uendit, uel donat
duobus, tunc non habet locū diſpoſitio d.l. quoties.
quia primus præfertur ſecundo, cui res eſſet tradita,
ut uoluit Roma. in authē.ſimiliter in 12. fallētia
41 contractus.C.ad l.falcid. & † cōceſſo ſimpliciter ca-
ſtro omnia illi acceſſoria conceſſa cenſentur, uideli-
cet iuriſdictio,& alia iura,bona, & pertinentia adhæ-
rentia ut tradita p Bal. in c.1. in prin. de capit. q cur.
uend.& c.acceſſoriū.de regu.iur.in 6. ¶Vltimo con-
42 ſiderandum eſt, † ꝙ ſtatutum huiuſmodi de conſen
ſu propinquorum in contractibus mulierum, & mi-
norū adhibēdo dicitur factū principaliter ad fauorē
mulierum,& minorū,ne ex eorū imbecillitate, & le-
uitate fraudentur Alex.in l.1.§.fuit quæſitum.col.pe.
ff.ad Trebel.Bar.in l.qui exceptionē.in prin.in 2. no-
tabili p illum tex. ff.de condic. indebiti. Bal. in l.2.in
uerſic.nota hanc rationem.C.de adoptio. Felin. in c.
43 1.colum.7.de conſtitut.hinc uidemus, † quòd ſi cō
tractus ſit ipſi mulieri utilis, ualet ſine illa ſtatuti ſo-
lennitate,ut expreſsè uoluit Bal.in l.neque.C. de con
trahen.& commit.ſtipul. Alexan.in d.l.1.§. fuit quæ-
44 ſitum.in ulti. colum.cum ſimilibus. Ergo † tali ſtatu
to mulieres poterunt renunciare cum iuramento ſu
per hoc ſpecialiter præſtito, nam generale iuramen-
tum fortè non prodeſſet,argumento eorum, quę ha-
bentur per Bar. & alios,in authen. ſacramenta pube-
rum.C.ſi aduer. uendi. & per Imol. in c.cum contin-
gat. de iureiuran. & habetur in c. quamuis. de pactis
in 6.& in c.licet mulieres.de iureiuran. eo lib.& ad ꝓ
poſitum faciunt ea,quæ uolunt Alex.in l. ſi conuene,
rit.colum.7.ff.de iuriſd.om.iu.& Decius in c.de cau-
ſis.in 6.colum.in glo.in uerb.partium.in fi.uer.de of-
fi.delega.ſed do.Beatrix certiorata,& ſcienter renun
ciauit omnibus iuribus, & priuilegijs ſtatutorū cū iu-
ramento ſpeciali, ueluti in dicto tranſactionis inſtru
mento continetur,ergo &c.Et ex prædictis omnibus
conſtat tranſactionē factā per do. Beatr cē ualidā eſ-
ſe,illique ad fauorē dn̄i Pyrrhi ſtādū fore. ¶Et ſequē
do hanc concluſionem ſupereſt, ut adductis in con-
trarium reſpondeatur.Et in primis non obſtant ſtatu
ta urbis requirentia conſenſum conſanguineorū, &
annihilantia iuramentum mulierū,& minorū appo-
ſitum ſuper contractibus nō ſeruata dictorū ſtatuto-
rū forma,& ſolennitate,& expreſsè cōprehēdētia pa-
cta de non petendo,refutationes,& quietationes, qa
multis modis adducta in hoc primo fundamento,qđ
45 eſt potiſſimū, poſſunt euirari, primo ꝙ † ſtatuta illa
ſunt à regulis iuris multum exorbitantia,iuriſque cō
munis correctoria ſaltē reſpectu mulierū maiorū an
nis 25. cū regulariter illæ abſque aliqua forma, & ſo-
lēnitate præſertim dicti ſtatuti poſſint cōtrahere,pa-
ciſci.renunciare, & abſoluere, ſicut maſculi maiores
ad ea,quæ habētur p Ioan.de Imol.in c.cum contin-
gat.in 3. mēbro principali. in uerſi. & aduerte ēt quia
nō dicit Bal.&c. de iureiuran. ubi reprehendēdo Bal.
in l.2.C.de reſcin.uend. in 4.quæſt. dixit, ꝙ ſi mulier
ſcienter uendidit rē pro minori pretio ēt cū læſione
ultra dimidiam,uidetur illud reſiduum donare, ſicu-
ti maſculus,per ea,quæ habentur in l. 1. ff.de condic.
indebi.iuncta l.1.cum ibi not.ff.de uerb. ſignifi.& fa-
ciunt no.p Alex.in d.conſi.42.col.7. in fi.uer. ibi non
46 obſtat quartū: & ideò † ſtatuta prædicta debēt intelli
gi ſolum in caſibus, de quibus loquuntur, & non de-
bēt ultra caſus illos extendi. c. quæ à iure communi.
de regulis iuris in 6. cum ſimilibus. ibi allegatis per
glo. & Dyn.l.ſi uerò. §. de uiro. ibique Imol. ff.ſolut.
matrimonio.l.ſi cum dotem.in prin.eodem tit. Bar-
to.in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iure.colum. 21. in
uerſic. quarto quæro. utrum ſtatuta, vbi notabiliter
diſtinguit,eiuſq; diſtinctio, quæ communiter appro
47 batur, nobis optimè inſeruit: Et † ſtatuta, ac iura lo-
quentia de pactis de non petendo, & refutationibus
ſimpliciter locum non habent in contractu tranſa-
ctionis ad tradita per Alexandrum in d.l. ſi quis obli-
48 gatione.ff. de regulis iuris. Item † ſtatutum loquens
de certa ſpecie contractus, quando à iure communi
exorbitat, ueluti eſt in caſu noſtro, ad alias ſpecies
non extenditur Bald. in l. 2. ff. de iuriſdictione om-
nium iudicum.& Alex.in l.is cui. ff. de uerbo. oblig.
ſed dicta ſtatuta urbis non loquuntur de contractu
tranſactionis, ſed ſolum de quatuor ſpeciebus con-
tractuum, ſeu diſtractuum, uidelicet de pacto de nō
petendo,de refutationibus,quietationibus, & dona-
49 tionibus, ergo &c. Et † diuerſa eſt ratio inter tranſa-
ctionem,& alia ſupradicta, immò & inter alios con-
tractus,nam per tranſactiones finiuntur lites. d.l.fra-
tris.item tranſactio eſt ad inſtar rei iudicatæ.d. l.non
minorem.quæ ratio non militat in negotijs, & con-
tractibus, de quibus in dictis ſtatutis,& in alijs,ut ex-
preſsè dixit Alex.in d. conſi. 42.col.5.ibi non obſtat,
50 &c.in d.l.ſi quis cū aliter. columna 3. Præterea † tran
ſactio ſui natura eſt ipſis partibus utilis, argumento
l.tranſactio.d.l.fratris. & l. de fideicommiſſo.cum ſi-
milib.C.de tranſact.& eſt contractus ultro, citroque

obligatorius,longeq; differt à pacto de non petẽdo,
& liberatorio,ut per Alex.& alios in d.l.tranſactio.&
per Bar.in l.ſi cauſa cognita. eod. tit. & ſupra dictum
fuit. Sed pactum de non petẽdo, & alia, de quibus in
dictis ſtatutis,ſui natura non ſunt utrique parti utilia,
nec ultro,citroque obligatoria,ut in l. 1. ubi eſt caſus
expreſsè hanc differentiã ponens, atq; conſiderans.
ff.de tranſact.in l.ſi unus.per totam legem. ff. de pa-
ctis.& notant doct.ibi in §.pactus ne peteret. & Bart.
in d.l.ſi cã cognita.& Alex.in d.l.ſi quis obligatione.
ex cuius uerbis manifeſta inter hæc differentia colli-
gitur. Nec obſtat, ꝙ in contractu tranſactionis inter
dominam Beatricem, & d. Pyrrhum celebrato factę
fuerunt refutationes,quietationes, & pacta de nõ pe
tendo hinc inde, & ſic in dicta tranſactione uerba ſta
tutorum prædictorum uerificantur,& ſub illis cõtra-
ctus dictæ tranſactionis uerificatur,quia reſpõdetur,
51 †dicta ſtatuta loqui de pactis de non petendo, de re-
futationibus,& quietationibus,quæ p ſe fiunt,& prin
cipaliter,non autem quando fierent in conſequẽtiã,
& acceſſoriè ad corroborationem,& firmitatem alte
rius contractus principaliter geſti, & maximè tranſa
ctionis principal iter geſtæ, ut fuit doctrina Romani
in conſi.280.quod eſt repetitum in conſil. 394. Et rõ
diuerſitatis poteſt colligi ex prædictis, & maximè ex
not.per Alex. in d.l. ſi quis obligatione. quãdo enim
de per ſe principaliter fiunt,donationẽ ſapiunt, & p̃-
iudicãt.d.l.1.ff.de tranſac. iuncta l. cum de indebito.
ff.de probationibus. Sed quando ponuntur acceſſo-
riè ad corroborationem alterius contractus, & maxi
mè tranſactionis,utilitatem paciſcentis, & refutãtis
continere poſsunt,atque dicuntur, cum trãſactio ſit
ultro, citroq; obligatoria, & non ualeat,niſi aliquo
dato,uel retento.d.l.trãſactio. & per Bar.ibi, & alios,
& in d.l. ſi cã cognita. & tunc donationẽ nõ cõtinẽt,
ut per Alexan. ex pluribus per eum allegatis in d. l. ſi
quis obligatione.& d.l.1.ff. de tranſact. Pręterea ſta-
tuta loquuntur de pactis de non petẽdo ſimpliciter,
& ſic quando per ſe fiunt,& conſequenter liberalita-
tem,& donationem continerent,ut ſupra,ergo locũ
non habebunt,quando huiuſmodi pacta,& refutatio
nes fierent uiciſsitudinariè in conſequentiam, & ac-
ceſsoriè ad alium contractum principaliter geſtũ, &
ad illius corroborationem,argum. d.l.de fideicõmiſ
ſo.cum ibi not.C.de tranſactionib. ¶ Non obſtat, ꝙ
52 †dicta ſtatuta ſub capite decimonono expreſsè,& ge
neraliter de contractibus omnibus loquantur, ut ibi
contrahere posſint &c.et ibi in omnibus cõtractibus
et negotiis &c.ergo et de trãſactione, quę dicitur eſ
ſe propriè contractus,Bar.in d.l.ſiue apud acta. C. de
tranſact. quia reſponderi poteſt primo, ꝙ dum illud
ſtatutum dicit contrahere posſint,&c. uerba illa refe
runtur ad prędicta, in quibus ſtatutum ſolum de illis
quatuor,de quibus in principio habetur, loquitur, q̃
ſaltem largè dicuntur contractus, ex quo in illis duo
rum ſimultaneus conſenſus interuenit. l. 1. cum ibi
not.ff.de pactis.Bal.in rub.eod.tit.glo.magna, in fin.
in l. 1.ff.de actio.& oblig. & Alex. in l.5. in prin.ff.de
uerborum obligat.non autem debent illa uerba ge-
53 neraliter de omnibus contractibus intelligi, † ea. n.
ultimo loco poſita ueniunt continuatiuè, & relatiuè
ad pręcedentia,ut patet,& ideo tanquam in fine poſi
ta,ſolum ad illa reſtringi, & referri debent, argu.l.fi.
& ibi Bart.ff.de rebus dub.l.talis ſcriptura.ibiq; Bart.
ff.de legat. 1.Abb.in c.ſecundo requiris.de appellatio
nib.gl.in clemen.ne in agro. §. cæterum. de ſtatu re-
gula.et eſt tex.clarus, et notabilis.ĩ c.inquiſitioni.de
appellat.Et hæc eſt uera intelligentia dicti ſtatuti in
illis uerbis,ac ſemper contrahere posſint, quę ad prę
dicta continuatiuè,et coniunctiuè ueniũt.Quod ſua

detur etiam ex uerſi.immediatè ſubſequenti
omnibus &c.in quo generaliter diſponitur de
bus cõtractibus,& negotijs à maſculis,ſiue fœm
celebratis, in qbus lęſio ultra tertiã partem
ageretur interueniret, ergo ſtatutum in præce
bus non loquitur de omnibus contractibus,
de expreſſis,& ſic de illis quatuor ſupradictis
quidem etiam verificatur ex illis verbis excep
ſi duobus &c.ſub quibus determinantur illa
trahere poſſint &c.quæ exceptiuè ad pręced
niunt,prout eſt de natura exceptionis,
dẽtibus ſtatutum loquitur ſolum de illis
non de tranſactione, ergo verſiculus
omnibus,& ſingulis ſuis determinatis
de illis quatuor intelligi debet, & non de
54 tranſactionis,quia † exceptio debet eſſe de
loquiĩ in terminis dicti,& regulæ, à qua fit
ad not.per gl.in rubr.de regu.iur. in 6.l. nam
quidè.in fi.ff.de penu.lega.Bar.in l.actione.C
ſac.& in l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ff.ſi quis
¶ Non obſtat modo etiam dictus uerſiculus,
bus contractibus, & negotijs &c. ſuper quibus
videntur cõprehendi non ſolum illa quatuor
bus in principio, ſed etiam trãſactio, & vniuer
alij contractus, diſtractus,& alia pacta,cum
rum appellatione hæc cõtineri poſſint, uel
in principio in argumentis partis aduerſę
quia reſpondetur, ꝙ & ſi verum ſit,illum uerſic
loqui de omnibus contractibus, & ſic ẽt de trãſactio
ne,tamen loquitur non diſponẽdo de ſolẽnitate
qua,nec de nullitate cõtractus rõne ſolẽnitatis
ſæ, quoniam de nullitate ſtatutum loquitur
principio, at in d. verſi. & in omnibus
nendo, & addendo ſtatuto antiquo volui
in caſibus,in quibus contractus, & alia
ualerent,ut quia contracta eſſent,uel inter
inter quas nulla requirebatur ſolẽnitas, uel ſolẽ
tas requiſita ſeruata fuiſſet,& dubitaretur,
tum in dictis contractibus appoſitum
uandum eſſet, & iurantes, ac contrahentes
aliquis ex contrahentibus in contractu, uel negotio
aliquo fuiſſet deceptus ultra tertiã partem
ageretur, tunc tale iuramentnm cenſeretur
extortum, nihilq́ue operaretur, & conſequenter cõ
tractus ex tali iuramento maius robur,
uim non reciperet, quàm haberet,ſi non
tum. Et ob talem læſionem ſtatutum noluit
ctum dici eſſe nullum, quia hoc ſtatutum non
ergo nec nos dicamus,argumento l.ſi ſeruũ.
xit prætor. ff. de acqui.hęred.c. ad audientiam
glo. extra de decimis.l.unica.§.ſin uero tamen
55 cadu.tollen. Et cum † annullatio actus ſit pœn
Ioan. Andr.& alios in c.fin.de reſcript.per Al
l.prætor ait.§.hoc interdictum.in apoſtil.ad
noui oper.nunciat. ea non debet dici impoſita
ſu noſtro, argumento l. cum quidam.ff.de lib.
ſthu. & c.in pœnis.de reg. iur. in 6.& qñ ſtatutum
luit contractus, & negotia alia eſſe nulla,
vt in principio illius vſque ad illum verſic.
bus contractibus &c.Et ideò hic caſus nullitatis
verſic. & in omnibus non determinatur:
quam caſus omiſſus debet ſub diſpoſitione iuris
munis remanere.l.ſi cum dotem.ff.ſolu.matrim.
56 commodiſſimè.ff.de lib.& poſth.Sed † de iure
ſimplicẽ læſionem ſiue tertię,ſiue maioris partis
vltra dimidiam contractus nõ eſt nullus, ſed
ſe, quãuis poſſit qñq; reſcindi, excepto tranſactio
cõtractu,vt ſupra dictũ fuit,veluti probatur in l.
de reſcin.vend.c.cũ dilecti.& c.cũ cãm.de emp.
di.& habetur in d.l.ſi qs cũ aliter. & tãtomagis,
contra

ꝯctu interuenit iuramentum nō ſolum generale, ſed
etiam ſpeciale de non contraueniendo aliqua ratio-
ne, uel cauſa prætextu alicuius læſionis: & tanto plus,
ſi eſſet in ꝯctu tranſactionis, in quo læſio etiā gra-
uis non conſideratur per ea, quæ uolunt cōiter cano-
niſtæ in c. quintauallis. & in d. c. cum contingat. de
iureiuran. ubi Abb. Anto. Ioan. de Imol. & alii, & Cor
ne. in ſuo conſit. authen. ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uerſus uend. iunctis præmiſſis, quicquid dixerit idem
Corn. in conſ. 166. lib. 1. Præterea præſuppoſito, ꝙ ſta
tutum in fine annullans iuramentum, ſeu diſponens
iuramentū cenſeri doloſè extortum ualeret, ob hoc
tamen contractus tranſactionis non diceretur nullus, nec
reſcindi poſſet propter læſionem tertiæ partis, de qua
ſtatutū loquitur, quia & ſi Doct. in hoc varient, an ꝯ-
ctus tranſactionis poſſit reſcindi prætextu læſionis, ꝗ
dimidiam eius quod ageretur, ſeu deberetur, excedit,
vt ſupra dictū fuit, & hr̃ per Doct. maximè Alexan. in
58 d. conſ. & in d. l. ſi quis cum aliter. tamen † omnes cō
currunt, ꝙ ratione læſionis dimidiā non excedentis
tranſactio reſcindi nequeat, ad tradita per Corne. in
d. conſ. & hr̃ per Doct. communiter in d. l. 2. C. de re-
ſcin. vend. & in d. l. ſi quis cum aliter. cum aliis ſupra
allegatis, ſi quibus infertur, ꝙ ſtatutū in d. verſ. & in
omnibus nihil in terminis noſtris operatur ad effe-
ctum ut ꝯctus tranſactionis, de quo agitur, ſit nullus,
vel ut reſcindendus, licet operari diceretur quoad
effectum tollendi, & annihilandi virtutem iuramēti:
59 quod ſimiliter an ſit de iure uerū, prout tenuit Bart. in
d. l. omnes populi. in 8. col. & ſequuntur Bal. & alii in
locis ſupra in principio allegatis, dico non eſſe uerū,
quia non obſtante ſtatuto huiuſmodi, quod uoluit iu
ramentum etiam in ꝯctu mulieris, ſeu minoris cēſen
deri de dolo, uel metu extortū, iuramentum vires
ſuas retinet, roburq́ue ꝯctui, ſuper quo interponitur,
præſtat, ſi ſtatutū laicorum nullo modo directè, uel
indirectè poteſt uires iuramenti minuere, ſeu annihi-
lare, aut ſuper illo diſponere, hoc enim ſpectat ad fo-
rū, & poteſtatem eccleſiaſticā. c. fi. de foro compet. in
6. & ſic in caſu noſtro, quicquid Bart. & ſequaces
dicant, ita concludunt Doct. magis cōiter, videlicet
per ſtatutum non poſſe introduci, ꝙ iuramentū in ꝯctu
mulieris, vel minoris cenſeri debeat metu, vel dolo
extortum, nā ſic per indirectū diceretur laicis permiſ
ſum minuere, & annihilare vires iuramenti, ac ſuper il-
lo diſponere: quod non eſt dicendum, alioquin fraus
fieri poſſet canoni prohibenti poſſe à laicis ſtatui ſup
iuramento: ita tenent Imol. in d. c. cū contingat. in 3.
membro principali, & in l. Seius. ff. ad l. Falcid. Pet. de
Anch. in c. quāuis. de pactis in 6. Petr. Peruſi. in c. 1. de
iureiur. Feder. de Senis in conſ. 112. cum ſi. allegatis
per Alex. in conſ. 39. vol. 4. qui idē tenet etiam in for-
tioribus terminis, videlicet, qñ ſtatutū eſſet etiā à ſe
de apoſtolica confirmatū, dicitq́ue canoniſtas cōiter
ita tenere, quibus magis ſtandū eſt in hac materia iu-
ramenti tanquam in materia ſpirituali, & ad eos ma-
gis ſpectante, arg. eorū, quæ habentur in c. quod cleri-
cis de foro compet. & in c. 1. per glo. & ſcriben. de no
ui oper. nunc. & in c. 1. de conſtitu. quare ex prædictis
infertur, ꝙ ſtatutum prædictum non meretur in caſu
noſtro allegari, nā in prima parte loquitur ſolum de
quatuor ꝯctibus, & non de ꝯctu tranſactionis, & ratio
diuerſitatis ex præmiſſis conſtat, in ultima uero parte
in d. verſ. & in omnibus loquitur generaliter de om-
nibus ꝯctibus, & negotiis, & ſic de ꝯctu etiam tranſa-
ctionis, & de omnibus perſonis, cum ibi generaliter,
& indiſtinctè loquatur, iuribus vulgaribus, & ſolum
diſponit, ꝙ ſi interueniat læſio ultra tertiam partē, iu
ramentū, quod omnes ꝯctus ualidare ſolet, habeatur
perinde, ac ſi dolo, uel metu fuiſſet extortum, & con-
ſequenter ꝯctui robur non præſtet. argum. d. c. cū cō-
tingat. d. auth. ſacramenta puberum. d. c. quamuis. &
c. licet mulieres. de iureiuran. in 6. & hæc eſt ſana, &
uera intelligentia dicti ſtatuti. ¶ Secundo principali-
ter non obſtat id, quod ferè in terminis huius ſtatuti
vrbis conſuluit Deci. in conſi. 532. præſupponens ſta-
tutū illud etiam in ꝯctu tranſactionis locū habere, ꝗa
reſpondetur, ꝙ licet quoad illum verſic. & in omni-
bus &c. admitti poſſit hoc uerum eſſe, videlicet, ꝙ lo-
quatur etiam de contractu tranſactionis, & de omni-
bus perſonis ꝯhentibus, ut ſupra dictum eſt, tamen
propter hoc non infertur, ꝙ ſtatutum diſponat, con-
tractum eſſe nullum, uel reſcindendum propter lęſio
nem ultra tertiā partē, ſed hoc dr̃ ſub diſpoſitione iu-
ris cōmunis remanſiſſe, ſecundum quod contractus
trāſactionis prætextu læſionis etiam ultra dimidiam
reſcindi non poteſt ſecundum ueriorem, ac magis cō
munem opin. vel ſecundum opin. Bart. & ſequacium
ob læſionem dumtaxat, quæ eſt ultra dimidiam, & nō
ob illā, quæ eſt citra dimidiam, ut plenè ſupra dictum
fuit. Sed in caſu noſtro, ueluti inferius quoque dice-
tur, non interuenit læſio ultra dimidiam, immò nec
ultra tertiam partē eius, quod do. Beatrix cōſequutu-
60 ra fuiſſet, & ſic dubij euentus litis, † prout in cōtractu
tranſactionis læſio capi debet, ad not. per Bar. in l. Lu
cius. in fin. ad trebell. poſt glo. & per eundem in d. l. ſi
quis cum aliter. & per Corn. in d. cōſ. 166. vol. 1. ergo
dicta do. Beatrix non poteſt prætextu læſionis ꝯ tran-
ſactionem ſuam maximè iuramento firmatā uenire,
eſt enim iuramentū ſeruandū non obſtante annihila
tione, & inualiditate per ſtatutū inducta, ut dictum
fuit. In principio uerò dictum ſtatutū loquitur ſolum
de illis quatuor, videlicet de pacto de non petēdo, de
refutatione, quietatione, & donatione, & nō de ꝯctu
trāſactionis, in quo alia, & diuerſa militat ratio, ut di-
xi. Et ideò ſtatutū malè intelligitur in trāſactione, ad
quā nō eſt aliquo modo trahendū per ſupra deducta,
quicquid uoluerit Decius, qui in hoc intelligēdo ſta-
tutū in tranſactione quoq; locū habere non benè ſen
61 ſit. Præterea † Deci. loquitur non principaliter ſuper
contractu tranſactionis, ꝙ ille ſit nullus ob formā ſta
tuti non ſeruatā, ſed de quadam ratificatione per do.
Iuliam facta de trāſactione ab eius marito facta, quæ
ratificatio ex defectu formæ fuit nulla: & uerba dicti
ſtatuti melius poſſunt ad ratificationē tranſactionis
adaptari, ꝗ ad trāſactionem, quæ principaliter fieret,
62 † cum alia ſit tranſactio, & alia, ac diuerſa illius ratifi-
catio, & in ratificatione facilius do. Iulia lædi potue-
rit, quàm ſi ipſa tranſactionem feciſſet, qñ ad ratifica
tionē ſola, & de per ſe, abſente parte, cū qua fuit tran-
ſactum, deuenire potuit. l. Paulus. ff. rem ratā haber.
item ad illā potuit minis, & reuerentia mariti, & non
certiorata de præiudicio induci, iuxta ea, quę haben
tur per Bart. in l. metum. la 1. & in l. fin. §. ſi fœnerator.
63 ff. quod met. cau. cum ſim. & † quamuis forma in actu
requiſita etiam in ratificatione eius requiratur. Deci.
in d. conſ. & Roma. in conſ. 12. uiſo facto, tamen hoc
uerum eſt in ratificatione, quę ad tēpus ipſius actus
retrotrahitur, quia illa cenſetur pars actus, ut quādo
actus peccaret in conſenſu, ſecus qñ in alio peccaret,
quā in conſenſu, ut eſt in caſu noſtro, nā tunc ratifica
tio non retrotrahitur, ſed tēpus ipſius actus attēditur.
l. fi. §. neceſſitate. C. de bon. quę liber. Innoc. in c. pru-
dentiam. de offi. deleg. & Bal. expreſsè in l. fi. C. ad Ma
cedon. Et ideò tunc ratificatio alia, & diuerſa eſt ab ip
ſo actu, ut à tranſactione, nā quę differunt tempore,
uerè, & fictè differunt ſubſtantia, Bar. per illum text.
in l. fi. in fin. ff. quod ui, aut clam. Tertio dici poteſt
64 † Decium benè conſuluiſſe, ſi rectè eius mens perci-
piatur, & intelligatur: nam dum pręſupponit per ſta-

tutum

tutum prędictū urbis fuiſſe introductam formā,& ſolemnitatem ſubſtantialem, ꝙ requiratur præſentia,& conſenſus propinquorū iurantium,& prout eſt in dicto ſtatuto diſpoſitū,& non ſeruata illa forma, actum eſſe ipſo iure nullum, non debet intelligi, ꝙ uoluerit dicere ꝯctum tranſactionis ſimpliciter eſſe nullū, nō ſeruata illa forma, & ꝯñr ſtatutū tranſactionē quoq; comprehendere, hoc enim Decius dicere noluit, qa & ipſe ſciuit, uel ſcire debuit, ꝙ dictū ſtatutū loquens de forma,& ſolemnitate illa non loquitur de contractu tranſactionis, ſed ſolū de illis quatuor, ut dictum fuit,& ipſe etiam præſupponit. Sed Decius conſiderauit illā nullitatem ex defectu formæ in contractu trāſactionis, de quo loquitur, non ſimpliciter ex diſpoſitione dicti ſtatuti prouenire, ſed ex proteſtatione partium in ꝯctu illo tranſactionis facta, ad quā in princ. & per totum conſil. ſe refert, ꝙ tranſactio eſſet nulla, & nullius momenti, & à notario de conſenſu partiū poſſet lacerari, ſi infra menſem illa tranſactio nō fuiſſet cum ſolemnitate dicti ſtatuti ratificata per do. Iuliam uxorē alterius, qui contraxerat: & ideò cū in caſu Decij eo modo infra mēſem non fuerit ratificata, tranſactio fuit nulla, ac nullius roboris non immediatè, nec directè ex diſpoſitione dicti ſtatuti, quod in trāſactione, eiuſque ratificatione locum non habet, ſed ex proteſtatione,& conſenſu contrahentium, qui uoluerunt ratificationē debere fieri cū illa ſolemnitate, quæ aliàs ſeruāda eſt in caſibus ſtatuti, videlicet in pacto de non petendo, in refutationibus, quietationibus,& donationibus: & hæc nullitas nō à ſtatuto ſimpliciter prouenit, ſed à proteſtatione,& conuentione facta inter partes, quæ hanc legem ſibi impoſuerunt præter iuris,& ſtatutorum diſpoſitionē, prout de iure licitum eſt, argum. l. contractus. ff. de reg. iur. cum ſi. allegatis per Decium in d. conſilio: & hæc fuit mens eius, totumq; fundamentū totius ſuæ conſultationis: quibus ſtantibus deciſio Decij non cōtra, ſed pro do. Pyrrho potius facit, nec aduerſatur, dum ipſe Decius inquit, eandem ſolēnitatem in ratificatione requiri, quæ in actu principali requiritur, quia hoc in caſu illo eſt uerū mediante proteſtatione ſupradicta, ad quam in princ. & per totū conſilium ſe refert, nā & ſi in caſu, de quo loquiť Decius, dicta ſolēnitas in actu principali, eiuſque ratificatione nō eſſet neceſſaria, tamē ex proteſtatione de conſenſu utriuſq; partis facta, & in ꝯctu appoſita ea requiritur, hanc enim legē potuerunt ſibi apponere. d. l. cōtractus. & l. 1. §. ſi cōueniat. ff. depoſiti. ¶Non obſtat id, quod tertio principaliter in ꝯriū adducebatur, ꝙ tranſactio in terminis noſtris debet dici inualida,& eſt de iure reſcindēda ob enormē læſionem, quam enormem læſionem ſtatutū diſpoſuit eſſe, qñ tertiam eius, quod ageretur, excederet, per ſupradicta, quia primo reſpondetur, ꝙ læſio ultra tertiam non dicitur enormis, ſaltem ad effectū reſcindendi tranſactionē, ut dictum fuit, ſecundum omnium opinionē. Secundo reſpondetur, ꝙ ſtatutū non diſpoſuit, nec ſtatuit illā læſionem, quæ eſt ultra tertiam, eſſe enormem, & magnā, hoc enim non dicit, nec diſponit ſtatutū, ſed ſolum, ꝙ tunc iuramentū ſimpliciter cenſeatur doloſè extortum: quæ ſunt omnino diuerſa. Et an ſtatutū potuerit hoc etiam ſtatuere, ſupra fuit diſcuſſum. Tertio reſpōdetur, in caſu noſtro non conſtare de aliqua læſione, & maximè ultra tertiā eius, quod ageretur. Quarto dicitur, ꝙ ex quo tranſactio fuit ultro, citroque obligatoria,& reciproca,& potuit do. Beatrici utilitatē,& damnum afferre, ſecūdum quod Clemens Papa Septimus declaraſſet, ea non debet iudicari damnoſa, nec læſionem continere ex parte alicuius, & maximè dominæ Beatricis, ad cuius fauorē declaratio per Clementem facienda



ſequi debebat, non attēto, ꝙ is, nulla declaratio-
64 cta, mortuus fuerit: qñ † contractus tranſaction-
ius damnum, & utilitas à caſu pendet, nō eſt pr-
incertitudinē reputandus damnoſus, nec læſio-
continere. l. de fideicommiſſo. C. de tranſaction-
pater puellæ. C. de inofficio. teſtamen. Deci. in
65 ſil. 532. nu. 11. colu. 3. Item † tranſactio, ex qua p-
aliquid peruenire, licet nihil uel modicum p-
rit, puta ex defectu conditionis, quæ caſu defic-
let,& prætextu læſionis reſcindi non poteſt
C. de tranſaction. & ſi nihil perueniat, dūm
nire potuerit, ſatis lucratur trāſigens,
ſcedit. l. 1. C. de pact. l. ſi ea. C. de uſuris.
tranſact. d. l. de fideicōmiſſo. ibique Alex.
66 in d. l. ſi quis cum aliter. & † hac de cauſa
poſt ꝯctum aliquo caſu,& non ex fragilitat-
cillitate ipſius fuit læſus,& damnificatus,
tur, quia lęſio à caſu proueniens non conſider-
in l. uerum. §. ſciendum. ubi caſus. ff. de minor.
67 l. ſi merces. §. uis maior. col. 1. ff. locati. Nec †
citur, qui ab initio fuit iure cōmuni uſus. l. fi.
68 integ. reſtitu. min. Præterea † dominus Pyrr-
xauit,& dimiſit do. Beatrici caſtrū Iulianelli,
ſit omnia iura, q̄ in illo habebat, prout uerè
ut oſtenſum fuit: item promiſit ei dare triginta
frumenti, & omne illud totū, quod ſanctiſſimus
Clemens Papa declarauerit; quod pactū dr̄ eſſe
pretij, & contractus. l. fundi partem. ff. de contrahen.
69 emptio. & † id, quod per illud pactū fuit promiſſum,
dr̄ ſub conditione promiſſum, videlicet ſi Papa decla-
rauerit,& quatenus declarauerit, etiam ſi id foret ma-
gnum. argum. l. ſtichum. qui meus erit. ff. de legat. 1.
ex quo enim remiſſum eſt declarationi Papæ, cenſe-
remiſſum eius boni uiri arbitrio,& ſic ſub cōditione,
ſi fuerit arbitratus, ut habetur per Baldum in l. pen. ff.
de arbitr. & in l. fi. col. 2. C. de cōtrahen. empt. Exiſten-
te ergo caſu, quo Papa declarare non potuerit,& ſic
conditio illa defecerit, propter hoc do. Beatrici
ci non debet per prædicta, & tranſactio ualebit in eo,
quod fuit expreſsè per do. Pyrrhum promiſſum,
laxatū, per ea, quæ ferè in terminis uoluerunt
alii in l. ſi quis arbitratu poſt Bar. ff. de verb. oblig.
70 dicit, ꝙ † ſi quis rem uendidit pro decem,& illo plus,
quod declarabit Titius, (quod uerbū arbitrium boni
uiri importat. d. l. uerū. §. ſciendum. ff. de minor.) ſi cō-
tingat, Titium propter eius mortem non declarare,
uēditio ualebit in eo, quod fuit expreſſum, nec à per-
ſona receditur: ceſſat enim ratio Doctorum, qui uo-
71 lunt † contractum non ualere, qñ contractus,
ſubſtantia in arbitrium tertij remittitur, nam illo
arbitrante, contractus totaliter incertus remanet,
ut per Doct. communiter in l. fi. C. de contrah.
& in d. l. ſi quis arbitratu. per l. ſi merces. in fi.
loc. quæ ratio ceſſat, qñ certa quantitas fuiſſet
tractu expreſſa cum adiectione & pro illo plus
tertius declarabit, ut per Alex. in d. l. ſi quis arbitratu
col. 2. & facit id, qđ Bar. ibi in quæſtione
luit, & tex. in l. hæc uenditio. in prin. & in fi.
trah. emp. & idē ſequitur Soci. ibi in 5. col.
cit concordia Alexan. ibi per tex. in d. l. hæc uenditio.
idemq; ſequitur etiam Bal. in cōſ. 333. lib. 3. & Sali. in
72 d. l. fi. in 3. q. Quinimmò † attētari poſſet, ꝙ in caſu no-
ſtro, ex quo Clemens Papa ob eius mortē ſuperuenien-
tē nō declarauit, poſſit à perſona recedi, & recurri ad
arbitriū boni uiri, hoc eſt ſucceſſoris, uel alterius bo-
ni uiri, primo quia illud plus dr̄ in eum remiſſum,
in arbitrium boni uiri, ex quo fuit remiſſum declara-
tioni Papæ ſub nomine dignitatis, ex cuius ore
poteſt niſi id, quod iuſtum eſt, prouenire. c. ex ore
priuilegiis. Item quia quando aliquid eſt declara-

ni alicuius remiſsũ, dr̄ ipſi ut arbitrio boni viri remiſ
ſum ideo.per Bal.in d.l.pen.ff.de arbit.& d.l.fin.in 2.
col.C.de empt.& uend. illudq́; plus declarandũ non
erat ſubſtantiale,ſed potius quoddam accidentale : &
ſecundum Bar.in d.l.ſi quis arbitratu.quem cæteri ſe-
quuntur,quando tertius eſt ſuper contractu perfecto
aſſumptus,ut quia contractus per ſe eſſet perfectus,&
tamen ſuper declaratione alicuius acceſſorii, uel ac-
cidentalis fuiſſet aſſumptus, tunc, illo nõ arbitrante,
nec declarãte, à perſona receditur.Sed in caſu noſtro
etſi Clemens Papa non fuiſſet pro declarando aſſum
ptus, tamen contractus trãſactionis fuiſſet perfectus,
quia hinc inde aliquid fuiſſet datum, ꝓmiſſum, & re-
miſſum,ut ex tranſactione apparet:ergo trãſactio ua-
luiſſet.d.l.tranſactio.& d.l.fideicommiſſo.C.de tran-
ſac.cum ſi. quia uidetur aſſumptus non ſuper ſub-
ſtantialibus, ſed potius ſuper accidentali , ut colligit̃
ex iis,quæ dixit Bal.in d.l.ſi.col. 2.iunctis iis,quæ ipſe
notat in l.in uendentis.in ult.col.C.de ꝯh. emp.Præ
terea illis caſibus,quibus de iure ciuili à perſona non
receditur,de iure canonico, & eius ęquitate , quod in
urbe,& curia Romana ſeruatur, tertio non arbitrãte,
& non declarante, ſemper à perſona receditur , & ad
arbitrium boni uiri recurritur , quia de iure canoni-
co inſtitudo, quæ eſt cauſa, ut ſecundũ ius ciuile à
perſona non recedatur,ut Doct.omnes communiter
tenent in d.l.ſi.& in d.l.ſiquis arbitratu.contractũ nõ
tenet,ut per Arch.in c.ſunt nonnulli. 1.q.1.D.Ant.in
c.ex parte.extra de decimis. quãtumcunque ergo ter
tio non arbitrante,cõtractus remaneret incertus, nõ
tamen remaneret nudus,& ſic non habet locũ rõ l. ſi
merces.in prin.ff.loca.ſed locũ uidetur habere diſpo
ſitio l.cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. quæ eſt ſu-
per æquitate fundata : de æquitate igitur canonica
poteſt à perſona recedi,quãdo tertius, cuius arbitrio
contractus totus,ſiue in parte fuit remiſſus,nõ potuit
arbitrari,quod eſt in practica benè notandũ , quia eſt
quotidianũ ſcḋm dñm meum Soc.in d.l.ſi quis arbitra-
tu col.12.ante uer.illum,extra gloſas, &c. & bene no
tabiliter inſeruit ad ſubſtinendam tranſactionem, ꝙ ea ob
leſionem non poſſit dici inualida, & reſcindenda , cũ
ultra promiſſa,& relaxata per dominum Pyhrrum D.
Beatrici fuerit etiam promiſſum totum illud , quod
Clemens Papa declarauerit, quo non ualente decla-
rare à perſona recedi, & ad arbitrium boni uiri recur
reretur per prędicta. ¶Non obſtat quartum principa
le fundamentũ,ꝙ pactum de nõ petendo dicatur pa-
ctum liberatorium, & donationem continere , ergo
ſtatuto loquente de donatione comprehendetur
quia fateor ſtatutum comprehendere donationem ;
& pactum merè liberatorium,prout donationem cõ
73 tinet,& ſic quando per ſe,& principaliter fieret;†Sed
non comprehendit illud, quando uenit ad corrobo-
rationem contractus tranſactionis ultro citroq́; obli
gatorii,& maximè quando pactum de non petendo
reciprocum apponitur acceſſoriè ad contractum ul-
tro,citroq́; obligatorium, quia tunc nec liberationẽ,
nec donationem continet per prædicta. & argum. d.
l.de fideicommiſſo.& ſupra plenius dictum fuit.Et iõ
ulterius non inſiſto. ¶ Venio ad ſecundum dubium,
præſuppoſita ualiditate trãſactionis,prout ualida eſt,
quibus,& in quo illa noceat . Et abſque longa diſcuſ-
74 ſione breuiter concludendum eſſe arbitror,†illam ſo
lum nocere præfatæ D.Beatrici,cum qua fuit tranſa-
ctum,& non filiabus ſuis , pro quibus de rato promi-
ſit,& quarum nulla fuit ſequuta ratificatio,per tex. in
l.2.C.res inter alios acta.ubi caſus in terminis, qui lo
quitur de auia, ex cuius tranſactione neptibus præiu-
dicari non potuit,idem uult l. 2.C.de except.& addo
tex.in l.nec filius.C.de rebus credi.& l.filius.C. de pa-
ctis.cum aliis multis ibi allegatis:tranſactio enim, &
contractus nocet contrahẽti & hæredibus ſuis , ſicut
illis prodeſt , ut in l.mater. cũ l.cum à matre.C.de rei
75 uendica.iuncta.l. ſi pactum. ff.de probatio.& † huiuſ-
modi tranſactio,quæ ſolum D.Beatricem, eiuſq́; hæ-
redes afficit,extẽditur ad bona,de quibus in trãſactio
ne eatenus,quatenus in illis D.Beatrix ius aliquod ha
bet,cum ipſa omnia eius bona,& iura pro obſeruatio
ne,& adimplemento promiſſorum obligauerit: & iõ
tranſactio ad bona,de quibus in ea,poteſt trahi inquã
tum dos ipſius D.Beatricis extenditur,& de qua dote
ipſa potuit tranſigere,illamq́; obligare. Poteſt ẽt trã-
ſactio extendi ad partem hæreditatis,& bonorum do
mini Alphonſi,in quibus pro parte unà cum filiabus
ſuis ab inteſtato ſucceſſit,ut in authẽ. defuncto. C.ad
tertull.& conſequenter in legitima, & trebellianica,
in quibus Alphonſus per fideicõmiſſum grauari non
potuit.l.iubemus.C.ad trebell.& l. quoniam in prio-
ribus.C.de inoffi.teſta.debetur enim do.Beatrici ter-
tia pars hæreditatis filii, & ſic tertia pars legitimæ , &
trebellianicæ,ergo quoad illam tertiam partem tran
ſactio tenuit,& de ea Do.Beatrix potuit cum Do.Pyr
rho trãſigere,& illã ei obligare. Præterea præſuppoſi
to,ſed non conceſſo,ꝙ Do.Pyrrhus nullum ius in ca-
ſtro Iulianelli habuiſſet , nec haberet ex donatione ſi
bi à Clemente Papa VII.facta , & ꝙ illud caſtrum ad
Do.Beatricem,eiuſq́; filias ex donatione Papæ perti-
nuiſſet,prout in breui apoſtolico cõtinetur,ſequitur,
ꝙ tertia pars dicti caſtri pertinuit ad ipſam D. Beatri-
cem,cui caſtrum pro ſe , & filiabus ſuis, & ſucceſſori-
bus donatum fuit,per ea,quæ habentur per Alex.& a-
lios,in l.ſi mihi.& titio.ff.de uerbo.oblig.l.duobus.&
l.ſi pluribus.ff.de leg.2.& l. ſi ſeruus communis.cũ ſe
quen.ff.de ſtipnl.ſeruo.ergo de illa tertia parte tranſi
gere potuit,& ſi non uelit tranſactioni ſtare , ea cum
aliis bonis ſuis erit d.Pyrrho obligata.¶Venio ad ter
tiam difficultatem,utrum diſpoſitio. l. ſi quis maior.
C.de tranſact.obſtet Do.Pyrrho tanquam non obſer
uanti tranſactionem,& qui prius illi cõtrauenerit : &
prima facie obſtare uidetur,quia D. Pyrrhus ſpopon-
dit,& iurauit D.Beatrici ſoluere in Romana curia de
præſenti,& ad omnem ipſius D.Beatricis ſimplicem
requiſitionem ſcuta quingenta auri à ſole, item illi
dare , & aſſignare in præſenti æſtate , & ſic infra duos
menſes ad plus , attento tẽpore, quo tranſactio facta
fuit , rubra triginta grani boni ad mẽſuram Romanã
in caſtris,ſeu territoriis Graffagnani,ſiue Spetiani: &
cum D.Pyrrhus dicta rubra triginta non dederit,nec
aſſignauerit,item cum præſenti die , & ſæpe requiſi-
tus dicta ſcuta quingenta auri non ſoluerit , apparet
utiq; de ipſius Do.Pyrrhi ꝯuentione, & ipsũ in mora
fuiſſe ꝯſtitutũ,& dolo à promiſſis,& iuratis ꝑ ipsũ re-
ceſſiſſe,& conſequẽter pœnas d.l.ſi quis maior.incur
76 riſſe.nam†ille,qui de p̄ſenti die ꝓmittit , dr̄ tẽpus cer
tũ apposuiſſe.l.eum,qui kalendis.ff. de uerb. oblig.&
77 †ubicunque quis promiſit dare certo tempore,& ul-
tra ad petitionẽ, ſeu interpellationẽ creditoris,ꝑ euẽ
tũ illius tẽporis certi in mora ꝯſtituitur,nõ expectata
creditoris interpellatione,ut eſt gl. ſingularis in l. cũ
ſtipulatus ſim,ĩ prĩ.ibiq́; Ang.Alex.et alii poſt Bar.ff.
de uerb.obl.Alex.ĩ l.quoties.col. 1.ff.e.tit.et Bal.ĩ c. 1.
§.fi.an ille,q interfe.frat.et ad ꝓpoſitũ multa cumulat
Soc.ĩ ꝯſ.228.col.14.uol.2.Sed d.Pyrrhus ꝓmiſit ſolue
re d.Beatrici ſcuta quingẽta de p̄sẽti, & ad oẽm illius
ſimplicẽ requiſitionẽ,itẽ ꝓmiſit dare ĩ p̄ſenti æſtate,
& ſic tp̄e certo triginta rubra grani,ꝑ cuius tp̄is lapsũ
ipſe fuit ĩ mora ꝯſtitutus,q̄a dies pro hoĩe interpellat
l.magnã.C.de ꝯh.& cõmit.ſtipu.l.2.C.de iure emph.
& c.potuit . de loc.cũ ſi.allegatis ꝑ Alex.ĩ d.l.quoties.
et ulterius ipſe d.Pyrrhus fuit ſæpius à d. Beatrice ĩter

pellatus,

pellatus,ergo fuit in mora ſoluendi cōſtitutus.l. ſi ex
legati cā.ff. de uerb. obl. cum ſi.& conſequenter inci
dit in pœnas d.l.ſi quis maior.ut is non poſſit aliquo
modo ſe in trāſactione facta fundare, quia inter aliàs
pœnas d.l.ſi quis maior. eſt reſolutio contractus ipſo
iure,quatenus commodum,& utilitatem contrahen
tis non obſeruantis continet,ut eſt ibi tex. clarus,iun
cta glo.in uer.priuatus.ibiq; Doctores communiter,
& habetur per Alex.in conſi. 92.uol.1. cū ſi. ibi alleg.
¶Quibus non obſtantibus, cōtrarium de iure uerius
eſſe arbitror, ꝙ D.Pyrrhus in mora ſoluēdi nō fuerit,
& ſic pœnas d.l.ſi quis maior,non incurrerit,ſed è cō
tra D.Beatrix dicatur in mora conſtituta,quia D.Pyr
rhus tranſigendo ſimpliciter, & purè non promiſit
ſoluere,ſeu dare ſupradicta, ſed ſub conditione, ſi ip-
ſa D. Beatrix ceſſionem,promiſſionem, & alia per eā
conuenta adimpleuerit,ſeu illa per eam erunt adim-
78 pleta:† ita enim important illa uerba in dicto inſtru-
mento per ablatiuum abſolutum expreſſa,ibi D.Pyr-
rhus ex una,& mediantibus ceſſione,promiſſione,&
alijs infraſcriptis pro parte Illuſtris D.Beatricis adim
plendis,& illa uerba aliàs non factum,&c. quæ uerba
faciunt conditionem.l. à teſtatore. ff.de cond. & de-
mon.Bar.in l.1.in 4.q.ff.eo.titu. & faciunt no.per Cal
derinum in conſi.1.in tit.de uerb.ſignifi.& per Bal.in
auth.ingreſſi.col.3.C.de ſacroſ.eccl. ex quibus infer-
tur, ꝙ promiſſa,ac iurata per D. Pyrrhum non debue
runt realiter,& cum effectu obſeruari, ſeu adimpleri,
niſi prius ceſſa, & promiſſa pro parte dictæ D. Beatri-
79 cis fuerint adimpleta,& obſeruata:nam † ante euen-
tum cōditionis dies non cedit, neq; uenit, nec oritur
obligatio,nec actio.l.cedere diem.ff. de uerb. obli.§.
ſub conditione.Inſtit.eod. tit.l.teſtamento. in fi.ff.de
manum.teſta.& l.ergo.§.adiectis. ff.de fideicommiſ.
80 liber.& ex his infertur,† ꝙ ante euentum cōditionis,
& ſic ante,quàm dies ceſſerit,& uenerit,Do. Pyrrhus
non poteſt dici in mora conſtitutus, quia ubi nulla
petitio, ibi nulla poteſt eſſe mora.l. ſi pupillus. ff. de
uerb.oblig.cum ſim.alleg.per Alexandrum poſt Bar.
in d.l.quoties.ff.de uerb.oblig.& Bart.in l.ita ſtipula-
tus.la grande.col.17.& per totum ff. eod. tit. ſed Do.
Beatrix ceſſit ipſi Dom.Pyrrho iura,&c.item promi-
ſit inter cætera, ꝙ infra mēſem à die promiſſionis iux
ta ea,quæ habentur in d.l.eum qui.kalendis eius filiæ
ratificabunt, pro quibus ipſa de rato promiſit in for-
ma,&c. & hæc promiſſa non fuerunt adimpleta, nec
exequuta,prout prius adimpleri debebant ad effectū,
ut ea,quæ Dom.Pyrrhus promiſit,effectum ſortiren-
tur,& ad illa ipſe obligatus diceretur,ergo Dom. Pyr
rhus nullo modo poteſt dici in mora conſtitutus,nec
cōſequēter pœnas d.l.ſi quis maior.incurriſſe. ¶Nec
obſtat, ꝙ Dom.Beatrix,quę promiſit,ut ſupra,non di
citur ſimpliciter,& purè promiſiſſe, ſed conditionali
ter,uidelicet in euentum, in quem aſſequatur poſſeſ-
81 ſionem caſtri Iulianelli pręducti, & non aliàs,† quæ
uerba ſimiliter reſpectu promiſſionis Domi. Beatri-
cis promiſſionem cōditionalem facere dicuntur ad
tradita per Bar.in d.l.1.in 4.q.ff.de condit.& demon-
ſtra.cum ſimilibus. ergo huiuſmodi conditio prius
debuit adimpleri, ad hoc, ut ipſa promiſſa per eam
adimplere diceretur per prædicta, quia reſpondetur,
ꝙ hæc conditio,ſub qua domina Beatrix promiſit, &
ſe obligauit,fuit adimpleta, nam ipſa habuit poſſeſ-
ſionem dicti caſtri Iulianelli, illudq; dominus Pyr-
rhus ei relaxauit cum ceſſione iurium omnium, quæ
ipſe in eo habebat, ergo conditio illa fuit adimpleta,
& conſequenter ante, quàm Dominus Pyrrhus alia
à ſe promiſſa ſoluere,& ſatisfacere deberet, ipſa Do-
mina Beatrix debuit à ſe promiſſa adimplere ad effe-
ctum,ut conditio,ſub qua Dominus Pyrrhus promi-
ſit,adimpleta diceretur. Et hæc optimè conſideran
da ſunt ad fauorem Domini Pyrrhi, ut ipſe non dica
tur fuiſſe in mora conſtitutus, & per conſequens pœ
nas d.l.ſi quis maior.non inciderit, ſed potius è con
uerſo Domina Beatrix illas incurrerit, ex quo infra
menſem non fecit filias ratificare,Alex.in conſi.
82 uolum.7.¶Præterea † ad hoc ut Dom. Beatrix poſſit
dicere do. Pyrrhum contraueniſſe, & promiſſa non
adimpleuiſſe,requiritur,ut ipſa illa, quę prius adim
plere tenebatur, adimpleuerit, alioquin non poteſt
agere,nec moram,& contrauentionem Domini Pyr
rhi allegare ad not.per illum tex.in l.Iulianus.§.offer
ri.ff. de actio. emp.l. quęro.§. inter locatorem. & ibi
Doct.ff.locati.& Pet.de Ancha. in conſi.35
milibus. Sed Domi. Beatrix non adimpleuit, quæ
ipſa prius adimplere debebat,& Dom. Pyrrhus ſer
uauit illa, quæ prius pro parte ſua erat adimplenda
ut ex prædictis conſtat,ergo Dom.Beatrix non poteſt
allegare Dom.Pyrrhum contraueniſſe,& in mora con
ſtitutum fuiſſe, ſed potius è contra per ſupradicta.
83 ¶Corroborātur præmiſſa ex iis,† quæ no.uolunt
in l.ſi cui legetur.in princi.in fin.uer.ff.de legat.
tex. ſingularem in l.tali facta ſtipulatione.in prin.
de iure dotium.qui dixit, ꝙ ſi uenditio facta ſit ſub con
ditione,& emptori dilatio ad ſoluendum pretium
cta fuerit,dilationis tempus currere non incipit, niſi
poſt perfectum contractum ultima perfectione,& ſic
poſtquam conditio fuit adimpleta,atque res tradita,
ita hoc in caſu tempus domino Pyrrho datum ad ſol
uendum ſcuta quingēta,& rubra triginta grani cur
re non incepit, nec incipiet, niſi poſt perfectionem
contractus ultima perfectione, & conſequenter niſi
conditione prædicta pro parte Dom. Beatricis adim
pleta,& ſic poſt filiarum ratificationem,quia tempus
contractui conditionali appoſitum non incipit cur-
rere, niſi poſt euentum conditionis. d.l. tali facta ſti-
pulatione.Ex quibus infertur, ꝙ Dom.Pyrrhus per in
terpellationes à Domina Beatrice factas non dicitur
in mora conſtitutus,quoniam tempus interpellatio-
84 nis non incipit currere, immò † debitor conditiona-
lis non poteſt de iure efficaciter interpellari, niſi poſt
euentum conditionis, nam ante non dicitur obliga-
tus.d.l.cedere diem.l.teſtamento. in fin.ff.de manu-
miſ.teſta.& l.ergo.§.adiectis.ff.de fideicom.liber.cū
ſimilibus.Et ante obligationem, & actionem oriam
non poteſt quis in mora conſtitui, & conſequenter
nec interpellari, quia eodem tempore quis non po-
teſt obligari, & in mora conſtitui,ad tradita latè per
Bar.in d.l.ita ſtipulatus. la grande. colu. 17. & ibi per
Alex.& in l.quoties.eo.tit.& expreſsè per Bar.& alios
in l.ſi ex legati cauſa.eod.tit.per tex.in l.cum filius
fi.ff.eo.& ex prędictis tolluntur omnia illa, quæ
in contrarium adducta fuerūt,ut clarè conſtat.¶
pio ultimum dubium,an boua D.Alphōſi filii D.Bea
tricis,& fratris D.Hortenſæ rebellis, & banniti po
rint Do.Pyrrho acquiri ex gratia, & conceſſione
facta per Clementē Papam 7. Et pręſuppono
dum ea,quæ in facto proponuntur, q̄ inter bona
D.Alphonſus tenebat, & poſſidebat,aliqua erant ſu
biecta oneri fideicommiſſi ex teſtamento Do.Anto
nii eius patris,& aliqua erant bona feudalia,ut erāt
ſtrū Graffagnani,& ut sūt poſſeſſiones dicti caſtri, ga
85 † ſi caſtrū ipsū eſt feudū, ergo & poſſeſſiones illi adia
centes, caſtro .n.conceſſo in feudum cum oībus
bus,iuriſdictionibus,ptinētiis,& adiacētibus, dicitur
feudo uenire molendina, & p̄dia acceſſoria,atque an
nexa,ut colligitur ex iis, q̄ uoluit Bal.ī c.1. in prin.
86 cap.qui cur.uēd.& † in his bonis feudalibus fœminæ
hoc eſt ſorores D.Alphonſi non p̄nt ſuccedere, maxi
mè extātibus maſculis,& agnatis,ut ī c.1.ubi plenè
bet

betur de ſucceſſio.feu.& p canoniſtas maximè Imol.
in c.1. extra de feudis. & in c.in præſentia. de probat.
nec huiuſmodi bona ſub reſtitutione fideicōmiſſi
87 ueniunt aut comprehenduntur,ut in l.ſi patroni.ibi-
que Alex.& alii.ff.ad Trebel.cum ſimil.ibi allega
88 tis. De bonis uerò allodialibus,in quibus do.Alphō
ſus fuit per fideicōmiſſum grauatus, deducenda ſunt
etiam do. Pyrrhi melioramēta facta ſumptibus
ſuis, l.ſi in ſi.cum glo.ibiq́ue doct. C.communia de
legatis.de in integ.reſtit.l.penul.ff.locati.& Paul.de
Caſtro conſi.95. clarum eſt &c. lib.2. ſecundum no-
uam impreſſionē.Pro illa parte etiam legitimæ, & tre-
bellianicæ,hoc eſt pro tertia parte,in qua do.Beatrix
ſucceſſit filio ſuo do.Alphōſo, qui ab inteſtato deceſ
ſit, & pro qua tranſactio ualere potuit, ut ſupra dictū
fuit,do.Pyrrhus omnino abſq; dubio eſt admittēdus
per prædicta. ¶ An autem ipſe do. Pyrrhus ex dona-
tione,& gratia Papæ ſibi facta poſſit admitti ad om-
nia bona do.Alphōſi,de quibus diſponere, & in qui-
bus hæredem habere de iure poterat, & ſic ad totam
legitimam,& trebellianicam,& ad alia bona aliunde
quæſita,propter bannum rebellionis ꝯ ipſum do.Al-
phonſum latum,maius eſt dubium,nā in primis non
poſſe ſe admitti uidetur primo, quia do. Alphonſus
non incidit in aliquod bannum, cum non conſtet ip
ſum fuiſſe in ciuitate, & in territorio Florentino, &
conſequenter fuiſſe rebellē. Secundo poſito,ſed non
89 conceſſo ꝙ ibi fuiſſet,tamen dicitur, †illud bannum
ad noticiam do.Alphonſi abſentis, & ignorantis non
peruenit,& ideò illi nocere non potuiſſe, qm̄ decre
tum ſuperioris non afficit abſentes,& ignorantes, ut
in l.fi.ff.de decre.ab ordi.facien.l.generali. C.de tabu
lariis lib.10.& in auth.ut factæ nouæ conſtitut. in rubro,
& in prin.& habetur in c. cognoſcentes. extra de con-
ſtit.& Alex.in terminis noſtris in conſi.52. uolum.7.
90 Tertio dicitur,ꝙ†ad hoc,ut bona Alphonſi occaſio-
ne talis banni ipſo iure confiſcata dicerentur, neceſſa
ria fuit declaratoria ſentētia,alioquin bona effectua-
liter confiſcata nō cenſerentur. c.cum ſecundum. de
hæreti.in 6.& doct.ibi cōiter, & traditur per Io.And.
& alios in c.1.de homicid.in 6.& Alex.in l.ſiquis ma-
ior.C.de tranſac.inquit, omnia iura mundi pœnā ali
quam ipſo iure imponentia debere intelligi, ſequuta
ſententia declaratoria,ut per eundem Alex.etiam in
91 conſi.201.uolu.1.& hæc uidetur communis ſentētia,
pro qua plura poſſent allegari: & † ad talem declara-
toriam à principe etiam faciendam requiritur partis
citatio.Bal.in l.fi.C.de legibus.aliàs non ualet,ut ibi,
92 & in clemen.paſtoralis. §.cæterū. de re iudi. & Alex. in
dicto conſi.52.col.2.Item †huiuſmodi declaratoria non
poteſt, nec potuit fieri poſt mortem do.Alphōſi, ſed
ipſo uiuente,quia crimen morte delinquentis extin-
guitur,ut in l.2.C.ſi reus,uel accuſa.mort.fuer.& not.
in c.à nobis.de ſenten. excōmunica. quod cum factū
non fuerit,ſequitur, ꝙ bona do.Alphonſi nō poſſunt
dici effectualiter confiſcata,ita quod in alium à prin-
cipe transferri non potuerunt,per not.à Feli.in c.quę
in eccleſiarum. de conſtit.& ab Alex.in d.conſ.52. in
3.dubio,in 3.col. Præterea ultra bona do. Alphonſi,
93 de quibus diſponere potuit,hóc eſt ultra legitimam,
& trebellianicam in bonis patris ei debitam † bona
alia, quæ fuerunt do.Antonij eius patris, non potue-
runt ex delicto ipſius Alphōſi publicari, ex quo erāt,
& ſunt fideicommiſſo ſubiecta,ad quod uocatæ dicū
tur filiæ ipſius do.Antonii,uidelicet do.Hortenſia,&
ſoror per ea, quæ habentur per Alex. in conſ.3. uolu.
3.ergo do.Hortenſia, & ſoror ad illa ſunt admitten-
dæ,non obſtante rebellione, & banno do. Alphonſi.
¶ Sed tamen, his non obſtantibus, contrariam partē
ſequendam eſſe arbitror,conſtito de inobedientia,&
conſequenter de rebellione ipſius do. Alphonſi: nā
94 †propter crimen rebellionis quis ipſo iure, & imme
diatè priuatur bonis, quæ ipſo facto confiſcantur, &
fiſco applicantur,& ita affecta dicuntur,ꝙ ipſo iure il
lorū dominium in fiſcū transfertur,& ſi alienata poſt
delictum fuerint, per fiſcum uendicantur, ut eſt text.
in l.cōmiſſa. ff.de publica.& l.ex iudiciorum. ff.de ac
cuſat. cum ſimil. ibi not. & in tantum illorum domi-
niū ipſo iure fiſco acquiritur, ꝙ etiā in foro conſcien
tię talis pœna debetur,ut uolunt docto.communiter
Abb.Felin.& alii in c.1. de conſtit. limitando gloſ.in
c.fraternitas.12.q.2.ubi Felin.poſt Abba.dicit,ꝙ quā-
do bona delinquentis ex legis, ſeu ſuperioris diſpoſi-
tione ipſo iure publicantur, non poſſunt talia bona
cū bona conſcientia retineri, quia ius, & dominium
ſtatim dicitur fiſco acquiſitum, ut not.in c.2. de præ-
ſcrip.in 6.adeò ꝙ per delinquentē à die criminis non
poſſunt bona alienari, nec in alium ad præiudicium
fiſci transferri.d.l.ex iudiciorum. & idem tenet Abb.
in c.dilecti.col.4.uel 5. de arbit.per ea, quæ habentur
in d.l.cōmiſſa.¶ Nec obſtat,ꝙ in pœnis ipſo iure im-
poſitis requiratur declaratoria per ſupradicta, quia
95 reſpondetur,†ꝙ non requiritur declaratoria ad effe-
ctū,ut pœna cōmittatur, nec ut dominiū fiſco acqui-
ratur,cum iam pęna fuerit incurſa, & dominium ipſi
fiſco acquiſitum abſq; alio facto, ut in d.l.commiſſa.
ſed requiritur ad effectum, ut bona poſſint apprehen
di per fiſcum,cui prius de delicto cōmiſſo non cōſta-
bat,ſecundum Bar.in l.eius,qui delatorem.ff.de iure
fiſci. Nec per declaratoriā pœna dicitur imponi, nec
in illa de pœna aliqua mentio fieri debet, ſed ſolum
debet declarari,delictum fuiſſe cōmiſſum:quo fit, ut
ex hoc pœna poſtea exigi poſſit,ſecundum Abb.in c.
peruenit.il 1.de appella.& prius bona apprehendi nō
debuerunt,ſi de crimine non conſtabat ſecūdū Abb.
96 in c.uerū. in ulti.col.de foro compet. Vnde † ſi deli-
ctū eſſet manifeſtum,atq; notorium,declaratoria nō
eſſet neceſſaria ſecundū Abb.in clem.præſenti. de cē
ſibus. & in c. cum non ab homine. col. 12. de iudi. &
Domin.in d.c.cum ſecundum. in prin.ita refert Feli.
in d.c.1.& hoc modo propriè loquitur, & debet intel
ligi tex.in d.c.cum ſecundū.& dicit Bald.in c.1.§.cal-
lidis.de prohib.feu.alien.per Fed.ꝙ licet ad hoc,vt va
ſallus feudo propter felloniā priuetur,requiratur ſen
tentia,tamen hoc non procedit,qn̄ feudū alienaſſet,
quia tunc alia ſententia non requiritur,cum à iure di
catur ipſo iure priuatus: idē inquit, ſi uaſallus contra
dominū crimen rebellionis, ſeu læſæ maieſtatis com
miſit, nā tunc ipſo iure feudū amittit, quod domino
applicatur,ut per Iaco.de Belui.in auth.de inceſ.nup.
in prin.ubi eſt gl.notabilis in uer. imminere,quę uo-
luit, ꝙ quādo lex ob criminis atrocitatē pęnam ipſo
iure imponit,nullo modo aliqua ſentētia requiritur,
ſed ſtatim delinquens priuatur, & dominiū illico ipſi
fiſco acquiritur:& ſi declaratoria ſubſequi debeat, ea
fit ſolum ſuper declaratione delicti, non aūt ſuper pę
na,eiusq́; applicatione,ſeu acquiſitione, ad tradita p
97 Felin.in d.c.1.col.15. uerſi.non obſtat &c. ꝙ † autem
ob crimen rebellionis pœna ipſo iure ſit impoſita, &
bona delinquentis ipſo facto, & illico fiſco applicen-
tur,ultra prędicta probatur in l.manicheos.ibiq́; not.
C.de hæreti.& in d.c.cū ſecundum.ubi eſt glo.not.in
uer.ipſo iure. l.1. C.de petit.bon.ſubla. lib. 10.l. quiſ-
quis.C.ad l.iul.maieſt.l.fi.in fi.cum auth.ibi poſita.C.
de bon.proſcrip.& in extrauagā.qui ſint rebelles. ibi-
98 q́ue Bar.in rub.&†qui ſint rebelles. habetur ibi p illū
tex.& per glo.in uer.rebellis. ſunt.n.ij,qui ſunt inobe
dientes principi,eiusq́; officialibus propter principē,
& cōuertēdo ſe in hoſtes Bar. ī d.gl. & ī l.hoſtes.ff.de
99 capti.& poſtlim.reuer.&†qui iniuriā,& offenſam in-
fert

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

fert ſubditis, & partialibus principis, dicitur principē
offendere Bal. in cap. 1. de pace conſtan. in ver. opizo
100 ni. & †rebellis dicitur, qui in crimine perduellionis,
ac læſæ maieſtatis, & inter hoſtes principis eſt conſti-
tutus, ut per Barto. in d. extrauagan. in uer. rebellis. &
ipſo iure talis dicitur à die criminis etiam ante, q̃ de
illo crimine procedatur, ut in d. extrauagan. habetur.
101 ¶ Ex quibus infertur, † ꝙ ſi bona dicti do. Alphōſi re-
bellis fuerunt ipſo iure confiſcata, ac illorū dominiū
fiſco dicitur abſq; alia traditione acquiſitum, ipſe Pa
pa dominus fiſci potuit dominium dictorum bono-
rum gratioſè, & liberaliter in præfatum do. Pyrrhum
transferre, prout motu proprio ipſius fecit, ut in bre-
ui apoſtolico cōtinetur, ueluti probatur in d. l. 1. ibiq;
Bar. C. de petit. bon. ſubla. lib. 10. adeò ꝙ abſq; alia tra
ditione actuali dominium illorum in caſu noſtro di-
citur in do. Pyrrhum tranſlatum, ut per Baldum in c.
1. §. inueſtitura. col. 2. de noua for. fidel. per textum in
l. omnes. & in l. bene à zenone. C. de quadr. præſcrip.
& in c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. Iaſ. in l. quoties.
C. de rei uendica. Nec aduerſatur, ſi diceretur, princi-
pē non poſſe rem alterius in alium transferre, niſi il-
lam fiſcus poſſederit, & tradiderit, Alex. in conſi. 52.
volum. 7. in 3. dubio per allegata ibi per eū, quia re-
102 ſpondetur, illud †uerum eſſe poſſe, quando rem, quę
eſſet alterius, transferre uellet, nam ex quo fiſcus, ſeu
princeps illam poſſidet, cenſetur dominus, & ideò
tunc illam in alium transferre poteſt, ſecundū quod
habetur in d. l. bene à zenone. & ita loquitur Alex. in
d. conſi. ſed qn̄ fiſcus, ſeu princeps eſt dominus, quia
bona ipſo iure per confiſcationem ipſi ſint acquiſita,
ut fuit in caſu noſtro per prędicta, tunc motu proprio
poteſt illa in alium transferre abſq; eo, ꝙ princeps ta
lia bona poſſederit, atq; tradiderit, quia hoc eſt com-
mune, & regulare in omnibus, ut quis in alium illud
ius, quod habet, transferre poſſit. §. per traditionem.
Inſtitu. de rerum diuiſio. & l. in re mādata. C. mādati.
In principe autem hoc plus eſt, ꝙ poſſit in alium ſine
traditione transferre, dummodo ſit uel dominus, uel
poſſeſſor. d. l. bene à zenone. Bal. in d. c. 1. Iaſon expreſ
sè in d. l. quoties. ubi in 3. col. plura adducit. & Bal. in
prælud. feudo. col. 10. ¶ Et ſequendo hanc concluſio
nē non obſtant allegata in contrarium, & primo, ꝙ
bannum ad notitiam do. Alphonſi non peruenerit,
quia reſpondetur, ꝙ poſt duos menſes à die publica-
tionis leges communes etiam præiudiciales incipiūt
ignorantes quoq; ligare, ut in auth. ut nouæ conſti-
103 tut. ſed †ſtatuta, & alia banna præiudicialia infra mo-
dicū tempus arbitrio ſuperioris ēt ignorantes ligant
ad not. in l. fi. ff. de decre. ab ordi. facien. & c. 2. de con-
ſtit. in 6. quia omnes ſubditi de bannis notitiā habuiſ
ſe cenſentur, Barto. in extrauagan. ad reprimen. circa
finem. & melius in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iu
re. col. 13. ibi quinto quæro principaliter. & traditur
per canoniſtas in c. 2. extra de conſtit. ¶ Non obſtat,
ꝙ fuerit neceſſaria declaratoria ſentētia, quia ex prę-
dictis reſponſum patet. Præterea poſito abſq; ueri prę
iudicio, declaratoriā fore neceſſariam, dico, ꝙ adhuc
poſt mortem do. Alphonſi huiuſmodi declaratio ſe-
qui poteſt ad effectum, ut bona iam cōfiſcata poſſint
ꝯ hæredem de facto apprehendi per fiſcum, uel cau-
ſam ab eo habentem, in quē dominium propter con
ceſſionem Papæ fuit tranſlatum iuxta ea, quæ ſupra
104 ſunt dicta. Nam †quamuis regulariter delictum mor
te delinquentis extinguatur, & ad pœnam ꝯ hæredes
agi nequeat, tamen ſecus eſt in quibuſdam caſibus, &
maximè ī crimine rebellionis, & læſæ maieſtatis prin
cipis, ad not. per gloſam magnam. in fin. C. ex delict.
defunct. in l. 2. C. ſi reus, uel accuſa. & per gl. in l. 1. eo.
titu. & eſt textus cum glo. in d. l. ex iudiciorum. glo. in
§. per contrarium. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta
to. in l. qui à latronibus. §. 1. ff. de teſtamen. & glo.
& teſtamēto. C. de manum. teſtam. ubi memoria
minis, & delinquentis mortui poteſt ob crimē
lionis, & læſæ maieſtatis damnari, ſeu declara
quiſſe. gl. in c. quorundam. 23. diſtinct. cum ſimil.
ubicunque pro delicto pœna bonorum eſt ipſo
impoſita, tūc delictum, ſeu effectus pœnæ
linquentis non extinguitur, ſed ad hæredes
tis tranſit, ut uolunt Barto. & Bal. in d. tit. C.
defunct. glo. in l. 3. §. quod autem. in uer.
fi. ibique Bart. Bal. & Ange. ff. quod quiſ
dicunt Bal. Ange. & Imo. in d. l. qui à latro
per textum in l. Caius. ff. ad ſyllanianum.
bri. C. ſi penden. appel. mors interuen. & fac
per Barto. in d. l. ex iudiciorum. ¶ Non obſ
de bonis reſtitutioni fideicōmiſſi ſubiectis,
admittitur, ut conſuluit Alex. in conſi. 23. vol
& in d. conſ. 3. volum. 3. ſed quoad alia bona
mini Alphonſi, & quoad bona feudalia, dic
omnia ex cauſis, & rationibus ſupra deductis
Pyrrhum ſpectare debere. Et ita concludend
in prædictis omnibus ſum arbitratus. Laus De

*S V M M AE.*

1 *Nullitatis exceptio, quæ in continenti probari poteſt,*
*inſtrumentum etiam guarentigiatū, & exequtionem*
*habens ad illius exequtionem impediendam*
*num. 4. & 11.*
*Et quomodo in continenti probari poſſit. num. 3.*
2 *Statutum, ſeu lex de inſtrumento loquens intelligitur de ualido,*
*non autem de nullo, & à iure reprobato.*
3 *Nullitas inſtrumēti quomodo, et quādo incōtinenti probari poſſit.*
5 *Inſtrumenti exequutio à nullitate ex dolo aduerſarii*
*peditur.*
6 *Tranſactio ſuper dependētibus à teſtamento facta ut ualeat, quid*
*requiratur, & num. 8. & 24.*
7 *Diſpoſitioni l. de his. ff. de tranſactio. pacto, & conſenſu partium*
*renunciari non poteſt.*
*Nec per uerba generalia, & per renunciationem generalem,*
*qua etiam de teſtamento in genere facta ſit mentio*
9 *Fideicommiſſo facto in teſtamento paterno, ſi de eo*
*tio facta non fuit, non dicitur renunciatum ex eo, quod fratres*
*diuidentes bona hæreditaria renunciauerint*
*ſibi competentibus ex teſtamento, uel ab inteſtato, uel*
*deicommiſſi, ſeu ex alia quacunque ratione, uel cauſa.*
11 *Inſtrumentum de iure, uel ex forma ſtatuti exequendum*
*poſt confeſſionem factam ob nullitatem, quæ euidenter*
*reat, & in continenti probari poſſit, non eſt exequendum.*
12 *Teſtamenti notitia neceſſario non infertur, neque*
*eo, qui aliàs ab inteſtato eſt ſucceſſurus.*
13 *Verba narratiua inſtrumenti inter contrahentes prob*
14 *Tranſactio ſuper depēdentibus à teſtamento eſt nulla,*
*ex trāſigentibus aliquid de cōtētis in teſtamento*
15 *Diſpoſitioni l. de his. ff. de tranſactio. an cum iuramento*
*nunciari, adeo, quòd tranſactio ſuper dependentibus*
*mento ualeat abſq; eo, quod notitia teſtamenti,*
*rum in eo ſpecialis habeatur, & illa uerba,*
*inſpectis uerbis teſtamēti, ac ſimilia fuerint*
16 *Legi prohibitiuæ utilitati ſubditorum prouidenti*
*ramento renunciari.*
17 *Diſpoſitio l. de his. ff. de tranſactio. ſuper utilitate*
*principaliter fundata.*
18 *Cōtractus prohibitus rōne doli, & utilitatis publicæ*
*firmatur. Secus ſi eſſet prohibitus pp alias priuatorum*
19 *Iuramentum habet uim caſuum ſpecialium, & operatur*
*ualeat omni meliori modo.*
20 *Iurans non cōtrauenire ſimpliciter, & generaliter*
*ni remedio, per quod poßet contrauenire, in genere*
21 *Opinio communis ut diſcernatur, non ſolum numerus,*
*auctoritas doctorum debet attendi.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN